UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

Evsebii Pamphili De Laudibus Imperatoris Constantini Oratio habita in tricennalibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14478**

Visual Library

ipſa templi adyta ac penetralia ingreſſi A ſunt, januas profanis auribus occludentes, arcana Imperatoris myſteria ſolis initiatis exponant. Iſti porro ubi aures ſuas pietatis fontibus purgaverint, & intelligentiam quaſi expanſis animi alis in ſublime ſuſtulerint, circa ipſum Deum omnium Regem choreas agant, divina myſteria percipientes. Oracula porro, non illa ex vaticinatione, ſeu potius furore quodam atq; inſaniâ profecta; ſed quæ divini Spiritus afflatu atque intimâ illuſtratione ſunt edita, nobis pro magiſtris ſint ſacrorum: qui nos inſtituant de Regno ipſo ac de ſummo omnium Rege; déque divino illo ſatellitio ſupremum omnium Moderatorem ambiente: tum de exemplari quod apud nos eſt regiæ poteſtatis, ex illo cæleſtis regni evpreſſum archetypo; & de B altero falſo & adulterino: ac poſtremò de his quæ utrumq; regnandi genus atq; inſtitutum comitantur. Ab his igitur oraculis, velut à quibuſdam Hierophantis divina edocti myſteria, ſacros ſermones in hunc modum aggrediamur.

βεβηκότες, θύρας βεβήλοις ἀκοαῖς ἀποκλείσαντες, τὰς ἀπορρήτους βασιλέως μυστικὰς τοῖς τούτων μύσταις διηγείσθων μόνοις· οἱ δὲ τὰ ὦτα νάμασιν εὐσεβείας καθηράμενοι, ψυχῆς τε αὐτῆς μεταρσίῳ πτερῷ τὸ νοερὸν ἀπερείσαντες, ἀμφὶ τὸν πάντων βασιλέα χορευόντων, σιγῇ τὰ θεῖα τελούμενοι· λόγια δὲ χρησμοὶ, οὐκ ἐκ μαντείας μᾶλλον ἢ μανίας παράφρονος, φωτὸς δ' ἐπιπνοίας ἐνθέου ἀναπεφωνημένοι, τῶν τελείων ἡμῖν ἱερῶν ἔστωσαν διδάσκαλοι· ἀμφὶ βασιλείας αὐτῆς, ἀμφί τε βασιλέως τοῦ ἀνωτάτου. δορυφορίας τε θείας, ἀμφὶ τὸν πάντων βασιλέα. τοῦ τε καθ' ἡμᾶς βασιλικοῦ παραδείγματος, καὶ τοῦ τὸ χάραγμα κεκιβδηλευμένου. τῶν θ' ἑκατέρῳ συνομαρτούντων τάγμασι. οἷς δὴ τὰς θεοπρεπεῖς τελετὰς ἱεροφαντούμενοι, λοιπὴ θείων ὀργίων ἐφαψώμεθα.

# EVSEBII PAMPHILI
## DE LAUDIBUS IMPERATORIS CONSTANTINI
### Oratio habita in tricennalibus.

CAP. I. EST hæc quidem ſummi Imperatoris feſtivitas, in qua nos qui Imperatoris famuli ſumus, ſacrorum ſermonum documentis afflati exultamus. Feſtivitatis autem Auctor nobis & Signifer eſt, ſummus ipſe Imperator. Maximum porro Imperatorem appello eum, qui verè eſt maximus. Eum dico (nec ſuccenſebit qui hîc adeſt, quin potius hunc de divinitate ſermonem pari nobiſcum ſtudio ac favore proſequetur) qui ultra univerſa conſiſtit; qui omnium ſummus eſt D atque altiſſimus & immenſus. Cui cæleſtes quidem fornices, throni vicem præbent: terra verò eſt pro ſcabello pedum. Atque hunc intelligentiâ comprehendere nemo unquam perfectè poſſit. Quippe lux undequaque ex eo emicans, inexplicabili quodam radiorum fulgore cunctos ab divinitatis illius conſpectu repellit. Circa hunc cæleſtes diſcurrunt exercitus: huic ſtipatorum officium exhibent ſupernæ poteſtates: hunc

# ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,
## ΕΙΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ ΤΟΝ βασιλέα τριακονταετηρικός.

C ΠΑνήγυρις μὲν αὕτη βασιλέως μεγάλου. χαίρομεν δ' ἐν αὐτῇ θειαζόντων λόγων ἱερῶν παιδεύμασιν, οἱ βασιλικοὶ παῖδες· ἐξάρχει δ' ἡμῖν τῆς ἑορτῆς, ὁ μέγας βασιλεύς. μέγαν δ' ἐγὼ βασιλέα καλῶ, τὸν ἀληθῶς μέγαν· τοῦτον δ' εἶναί φημι (οὐ νεμεσήσει δὲ παρὼν βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ συνευφημήσει τῇ θεολογίᾳ) τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων, τὸν πάντων ἀνώτατον· τὸν ὑπέρτατον· τὸν ὑπερμεγέθη· οὗ θρόνοι μὲν τῆς βασιλείας ἁψῖδες οὐράνιοι. γῆ δὲ ὑποπόδιον αὐτοῦ τῶν ποδῶν· οὐδέ τις ἐπαξίως νοῆσαι τοῦτον δύναιτ' ἄν· φῶς δ' ἀμφ' αὐτὸν ἀπαστράπτον ἀρρήτων ἀκτίνων μαρμαρυγαῖς, παντί τῳ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἀπείργει τὴν θέαν. τοῦτον στρατιαὶ περιπολοῦσιν οὐράνιοι. δορυφοροῦσι δ' ὑπερκόσμιοι

δυνάμεις, τὸν αὐτὸν δεσπότην καὶ κύριον καὶ βασιλέα γνωρίζουσαι· ἀγγέλων τε ἄπειρα πλήθη, θιασοί τε ἀρχαγγέλων, καὶ πνευμάτων ἁγίων χοροὶ, τῶν ἀμφ' αὐτὸν μαρμαρυγῶν ὥσπερ ἐξ ἀενάων φωτὸς πηγῶν ἀρυττόμενοι, καταυγάζονται. φῶτά τε πάντα, καὶ φώτων ἀσωμάτων θεία καὶ νοερὰ γέννη, τὸν ἐπέκεινα χῶρον οὐρανοῦ λαχόντα, τὸν μέγαν βασιλέα τοῖς ἀνωτάτω καὶ θεοπρεπέσιν ὕμνοις, γεραίρουσι· μέσος δ' ἀμφιβέβληται μέγας οὐρανὸς παραπέτασμα κυάνεον, τοὺς ἐκτὸς, τῶν εἴσω βασιλικῶν οἴκων διεῖργον· ἀμφὶ δὲ τοῦτον ὡς ἐν βασιλείοις προθύροις περιπολοῦσι δᾳδουχοῦντες, ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν φωσφόρα, τὸν βασιλέα τιμῶντες. αὐτοῦ τε νεύματι καὶ λόγῳ. τοῖς τὸν σκόπον ἔξω λαχοῦσιν οὐρανοῦ χῶρον, φωτὸς ἀσβέστους ἐξάπτοντες λαμπάδας. τοῦτον ἡμῶν τὸν μέγαν βασιλέα Χριστὸν, καὶ αὐτὸν τὸν καλλίνικον ἡμῶν βασιλέα ἀνυμνεῖν συνῃσθημένος, εὖ μάλα δοκῶ μοι ποιεῖν, ἅτε τῆς βασιλείας ἡμῖν τοῦτον μόνον εἰδὼς αἴτιον· τοῦτον καὶ φιλόθεοι Καίσαρες, πηγὴν ἁπάντων ἀγαθῶν εἶναι γνωρίζουσι πατρόθεν τὸ μάθημα παρειληφότες· τοῦτον στρατοπέδων δῆμοι· λαοὶ πανπληθεῖς κατὰ χώρας καὶ κατὰ πόλεις. ἐθνῶν τε ἄρχοντες ἐκκλησιάζοντες, εὐσεβοῦσιν ὑπὸ μεγάλῳ σωτῆρι καὶ διδασκάλῳ παιδευόμενοι· ἀλλὰ καὶ πᾶν ἀθρόως γένος ἀνθρώπων ἔθνη παντοῖα, φυλαὶ καὶ γλῶσσαι κοινῇ τε πάντες ὁμοῦ καὶ κατὰ μέρος, ταῖς γνώμαις διεστῶτες τὰ ἄλλα, κατὰ μόνην τήνδε συμφωνοῦσι τὴν ὁμολογίαν· τὸν ἕνα καὶ μόνον λογισμοῖς ἐμφύτοις, αὐτομαθέσι τε καὶ αὐτοδιδάκτοις ἐννοίαις θεοκλυτοῦντες. τί δ' οὐχὶ καὶ τὸ πᾶν τῆς γῆς στοιχεῖον αὐτὸν δεσπότην γνωρίζει. τοῖς δ' ἐξ αὐτῆς ἀναδιδομένοις βλαστήμασί τε καὶ ζώοις, τὴν πρὸς τὸν εὖ μάλα τοῦ κρείττονος ὑποταγὴν ἐνδεικνυμένη; τοῦτον καὶ ποταμῶν ῥοαὶ πλημμυροῦσαι τοῖς νάμασι, πηγῶν τε τῶν ἐξ αἰῶνος, βυθῶν ἀπείρων ἀεννάων πηγάζουσαι ῥύσεις, τῆς ἀρρήτου θαυματουργίας ἐπιγράφονται αἴτιον αὐτὸν καὶ θαλάττης ἄβυσσοι βένθεσιν ἀπείροις ἐγκεκλεισμέναι, κυρτούμενά τε κύματα, μετέωρα εἰς ὕψος αἰρόμενα καὶ φόβον ἀπειλοῦντα τῇ γῇ, μέχρις αὐτῶν αἰγιαλῶν προϊόντα, πτήσσει, νεύματι θείου νόμου πεπεδημένα· αὐτὸν καὶ χειμερίων ὄμβρων

A herum & dominum atque Imperatorem agnoſcunt. Ex hujus ſplendore tanquam ex perenni quodam luminis fonte haurientes, Angelorum & Archangelorum innumerabiles ordines, & ſanctorum ſpirituum chori, colluſtrantur. Cuncta item lumina, ac præcipuè divina illa atq; intellectualia ſpiritalium luminum genera quæ ultra cælum ſedes habent, magnum hunc Imperatorem ſummis ac divinis canticis celebrant. Cælum verò tanquam ceruleum quoddam velum, obtenſum eſt, quod eos qui extrà poſiti ſunt, ab illis qui in Regia verſantur ſecludit. Circa hoc non B ſecùs ac lampadarii in Imperialis palatii veſtibulis diſcurrunt Sol & Luna, ac reliqua cæli luminaria: & cùm Imperatorem ipſum impensè venerantur, tum ex ejus nutu ac præcepto, ſemotis à cælo & obſcuram regionem incolentibus, inextincti luminis faces præbent. Hunc ergo maximum Imperatorem à Victore noſtro Auguſto hymnis quoque celebrari conſcius cùm ſim, rectè mihi facere videor: quippe qui ſciam hunc unum Imperii nobis auctorē eſſe. Hunc etiam Dei amantiſſimi Cæſares omniū C bonorum fontem agnoſcunt; ita ſcilicet à parente ſuo inſtituti. Hunc exercitus, populi ac turbæ tam in agris quam in urbibus; & Rectores Provinciarum in Eccleſiam convenientes rite colunt, à magno Servatore & magiſtro eruditi. Denique univerſum ſimul hominum genus; gentes omnes, tribus & linguæ; & tam in unum coacti omnes, quàm ſeorſum poſiti, licet in aliis rebus inter ſe diſſentiant, in hac tamen ſola confeſſione conſentiunt; hunc unum ac ſolum naturali ratione & notionibus ſibi inſitis nec ullius magiſterio traditis, D invocantes Deum. Quid totius terræ moles, nonne illum Dominum agnoſcit? germinibus & animalibus ex ſe naſcentibus apertè declarans, ſe tanquam ad potioris nutum Imperiumque famulari. Hunc & fluminum curſus, aquarum copiâ exuberantes; & fontium lapſus ex abditis & immenſis terræ finibus perpetuò manantium, inexplicabilis miraculi Auctorem profitentur. Hunc profundi maris gurgites, immenſa altitudine concluſi; & fluctuum vortices in altum ſublati, terræque ipſi formidinem incutientes, ſimul atque ad littus acceſſerint, reformidant, divinæ legis Imperio conſtricti. Sed & hibernorum imbrium moderata

diſpenſatio; fragor tonitruum; fulgurum coruſcatio; ventorum reciproci impetus; nubium denique varii per aërem diſcurſus, ejus præſentiam exhibent iis, qui ipſum coràm intueri non poſſunt. Sol quoque totus lumine radians, qui extenſa ſæculorum ſpatia decurrit, ſolum hunc Dominum agnoſcit; ejuſque obſequens nutui, nunquam extra præſcriptos terminos audet incedere. Luna etiam quæ luminis ſplendore Soli concedit, dum certis temporum intervallis minuitur & augetur, divinis legibus obtemperat. Cæli quoque pulchritudo, quod aſtrorum choreis reſplendet, & numeroſo atque ordinato motu progreditur, ac circulos ſuos metitur, Deum totius lucis Auctorem pronuntiat. Cuncta item cæli luminaria, ex ejus nutu ac mandato, velut pulcherrimo inſtituto concentu, multis annorum converſionibus longiſſimum curſum abſolventia, inſtar aurigarum in æthereo circo decurrunt. Noctium inſuper ac dierum alterni recurſus; tempeſtatum anni mutationes; ordo denique ac numeroſa modulatio univerſi, immenſæ ejus potentiæ multiplicem ſolertiam celebrant. Huic præterea inviſibiles poteſtates quæ per apertos aëris campos diſcurrunt, debitam & convenientem Deo laudem tribuunt. Hunc ergo maximum Imperatorem totus ſimul mundus hymnis proſequitur. Hunc ſurſum cæli & qui ſupra cælos ſunt chori, venerantur: hunc angelorum exercitus canticis celebrant: hunc ſpiritus ex intellectuali luce editi, parentem ſuum ac Deum nuncupant. Hunc Æones temporis expertes, ante hoc cælum & hunc mundum conditi; alii præterea infiniti Æonum Æones ante omnem rerum viſibilium conſtitutionem, unum ac ſummum Dominũ & Principem agnoſcunt. Ipſe denique in omnibꝰ & ante omnes & poſt omnes unigenitus ejus Filius ac Sermo præexiſtens; magnus magni Dei Pontifex, omni tempore omniq; ævo antiquior; Patris ſui cultui devotus ac dicatus, primus ac ſolus pro omnium ſalute ei ſupplicat. Qui prærogativam quidem honoris obtinet Principatum univerſi: æqualem autem cum Patre gloriam in Patris poſſidet Regno. Quippe ipſe lux eſt univerſa tranſcendens; quæ circa Patrem diſcurrit, & interventu ſuo naturam principii atque ortus expertem à rerum generatarum ſubſtantia ſecludit.

A μεμετρημένα ῥεύματα. κτύποι τε βροντῶν
καὶ ἀστραπῶν λαμπηδόνες. παλίντροποί τε
ἀνέμων ῥιπαί. νεφῶν τε διαέριοι πορεῖαι,
τὴν αὐτοῦ θέαν αὐτοπτεῖν ἀδυνάτοις, προ-
φαίνουσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ παμφαὴς ἥλιος τὸν μα-
κρὸν αἰῶνα δολιχεύων, μόνον αὐτὸν οἶδε Κύ-
ριον. αὐτοῦ τε νεύματι δουλεύων, οὔποτε βαίνειν
ἐκτὸς ὅρων τολμᾷ. σελήνη τε ὑποχωροῦσα τοῦ
φέγγους ἡλίῳ, χρόνων τε περιόδοις μειουμένη
καὶ πάλιν αὐξομένη, θεσμοῖς ὑποτάττεται
θείοις. κάλλη τε οὐρανοῦ χορείαις ἄστρων δια-
στίλβοντα, βαίνοντά τε σὺν τάξει καὶ ἁρμονίᾳ,
B καὶ τοὺς αὐτῶν ἀναμετρούμενα κύκλους, τὸν
παντοίων δοτῆρα φώτων ἀνακηρύττουσιν· ὁ-
μοῦ τε πάντες οὐράνιοι φωστῆρες, αὐτοῦ νεύ-
ματι καὶ λόγῳ μίαν συνταξάμενοι μελῳδίαν,
μακρῶν αἰώνων κύκλοις δολιχὸν ἐξανύουσι
δρόμον, αἰθερίων σταδίων δ᾽ ἱππεύουσιν ἀγῶ-
νας. νυκτῶν τε καὶ ἡμερῶν ἀμοιβαῖαι κινήσεις, ὡ-
ρῶν τε καὶ καιρῶν μεταβολαί, ῥυθμοί τε καὶ τά-
ξεις τοῦ παντός, (τῆς ἀπειρομεγέθους δυνά-
μεως) τὴν πολυποίκιλον σοφίαν γεραίρουσιν
αὐτοῦ καὶ δυνάμεις ἀφανεῖς, ἀμφὶ τὰ δι᾽ ἀέ-
ρος ἀνειμένα πεδία ποτώμεναι, τὴν ὀφειλο-
C μένην καὶ πρέπουσαν θεολογίαν ἀναπέμπου-
σιν. τοῦτον δὴ τὸν μέγαν βασιλέα, καὶ αὐτὸς ὁ-
μοῦ πᾶς ἀνυμνεῖ κόσμος. τοῦτον ἄνωθεν οὐρανοί,
οὐρανίων τε ἁψίδων ὑπέρτεροι χοροὶ γεραί-
ρουσιν. ὑμνοῦσι δ᾽ ὕμνοις ἀρρήτοις ἀγγέλων στρα-
τιαί. πνεύματά τε νοεροῦ φωτὸς ἔκγονα, τὸν
σφῶν γεννήτορα θεολογοῦσι. τοῦτον Αἰῶνες ἄ-
χρονοι πρὸ οὐρανοῦ τοῦδε καὶ πρὸ κόσμου. ἄλλοι
τε τοῦτον ἄπειροι Αἰῶνες Αἰώνων, πρὸ πάσης
τῆς τῶν ὁρατῶν ὑποστάσεως, μόνον καὶ μέγαν
δεσπότην καὶ Κύριον ἐπιγράφονται· τοῦτον καὶ
D αὐτὸς ἐπὶ πᾶσι καὶ πρὸ πάντων καὶ μετὰ πάν-
τας, ὁ προὼν αὐτοῦ μονογενὴς λόγος. ὁ δὴ
μέγας ἀρχιερεὺς τοῦ μεγάλου Θεοῦ. παν-
τὸς χρόνου καὶ πάντων αἰώνων πρεσβύτατος,
τῇ τοῦ πατρὸς καθοσιωμένος τιμῇ, πρῶτος
καὶ μόνος τῆς πάντων ὑπερειλάσκεται σω-
τηρίας· πρωτείοις μὲν τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς
ἴσοις δὲ τῆς πατρικῆς βασιλείας ἐνδοξαζόμε-
νος. ὅτι δὴ τὸ φῶς αὐτὸς ὢν τὸ ἐπέκεινα τῶν
ὅλων ἀμφὶ τὸν πατέρα χορεῦον. μεσιτεῦόν
τε καὶ διεῖργον τῆς τῶν γενητῶν οὐσίας, τὴν
ἄναρχον καὶ ἀγένητον ἰδέαν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ἐξ ἀλήκτου καὶ ἀνάρχου θεότητος ἀναβλυστάνον, ἔξω προέισι. τὸν ὑπερουράνιον χῶρον, τά τε εἴσω οὐρανοῦ πάντα, κρείττοσιν ἢ καθ' ἥλιον σοφίας καταλάμπον αὐγαῖς· αὐτὸς δ' ἂν εἴη ὁ τοῦδε τοῦ σύμπαντος καθηγεμὼν κόσμου. ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν ὁρωμένοις τε καὶ ἀφανέσιν, ἐπιπορευόμενος τοῦ Θεοῦ λόγος· παρ' οὗ καὶ δι' οὗ τῆς ἀνωτάτω βασιλείας τὴν εἰκόνα φέρων ὁ τῷ Θεῷ φίλος βασιλεὺς, κατὰ μίμησιν τοῦ κρείττονος, τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων τοὺς οἴακας διακυβερνῶν, ἰθύνει

Ὁ μέν γε τοῦ Θεοῦ μονογενὴς λόγος, τῷ αὐτοῦ πατρὶ συμβασιλεύων ἐξ ἀνάρχων αἰώνων εἰς ἀπείρους καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας· ὁ διαρκὴς δὲ τούτῳ φίλος, ταῖς ἄνωθεν βασιλικαῖς ἀποῤῥοίαις χορηγούμενος, τῷ τε τῆς θεϊκῆς ἐπηγορίας ἐπωνύμῳ δυναμούμενος, μακραῖς ἐτῶν περιόδοις τῶν ἐπὶ γῆς κρατεῖ. εἶθ' ὁ μὲν τῶν ὅλων σωτὴρ, τὸν σύμπαντα οὐρανόν τε καὶ κόσμον, τήν τε ἀνωτάτω βασιλείαν, εὐπρεπῆ τῷ αὐτοῦ πατρὶ παρασκευάζει· ὁ δὲ τούτῳ φίλος, αὐτῷ τῷ μονογενεῖ καὶ σωτῆρι λόγῳ τῶν ἐπὶ γῆς τοὺς ὑποχειρίους προσάγων, ἐπιτηδείους πρὸς τὴν αὐτὴν βασιλείαν καθίστησι. καὶ ὁ μὲν κοινὸς τῶν ὅλων σωτὴρ, τὰς ἀποστατικὰς δυνάμεις, ὅσαι ποτὲ ἀμφὶ τόνδε τὸν ὑπὲρ γῆς ἀέρα διιπτάμεναι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐνεχρίμπτον ψυχαῖς, ἀοράτῳ καὶ θεϊκῇ δυνάμει, οἷα θῆρας ἀγρίους, τῶν αὐτοῦ θρεμμάτων ποιμένος ἀγαθοῦ δίκην, πορρωτάτω καθίστησιν· ὁ δὲ τούτῳ φίλος, ἄνωθεν παρ' αὐτοῦ τοῖς κατ' ἐχθρῶν κοσμούμενος τροπαίοις, τοὺς ἐμφανεῖς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς νόμῳ πολέμου χειρούμενος, σωφρονίζει. καὶ ὁ μὲν λόγος ὢν προκόσμιος καὶ σωτὴρ τῶν ὅλων, λογικὰ καὶ σωτηριώδη σπέρματα τοῖς αὐτοῦ παραδιδοὺς θιασώταις, λογικοὺς ἅμα καὶ τῆς τοῦ πατρὸς βασιλείας ἐπιστημονικοὺς ἀπεργάζεται· ὁ δὲ τούτῳ φίλος, οἷά τις ὑποφήτης τοῦ Θεοῦ λόγου, πᾶν γένος ἀνθρώπινον ἐπὶ τὴν τοῦ κρείττονος ἀνακαλεῖται γνῶσιν. ταῖς πάντων ἀκοαῖς ἐμβοῶν, μεγάλῃ τε τῇ φωνῇ τοῖς ἐπὶ γῆς ἅπασι τοὺς τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας καὶ ἀληθείας ἀνακηρύττων νόμους. καὶ ὁ μὲν τῶν ὅλων σωτὴρ, τὰς οὐρανίους πύλας τῆς τοῦ πατρὸς βασιλείας, τοῖς ἐνθένδε ἐκεῖσε μεθισταμένοις ἀναπετάννυσιν· ὁ δὲ ζήλῳ τοῦ κρείττονος, πάντα ῥύπον ἀθέου πλάνης τῆς κατὰ γῆν βασιλείας ἀποκαθηράμενος, χοροὺς ὁσίων καὶ

A Quæque ſupernè ex divinitate principii ac finis expertè emanans, extra procedit; & ſupercæleſtem regionem, cunctaque quæ intra cælum ſunt, ſapientiæ luce, quæ Solis ſplendore longè præſtantior eſt, illuſtrat. Hic eſt totius mundi Dominus, ſupra omnia & per omnia, & in omnibus tam viſibilibus quàm inviſibilibus incedens Dei ſermo. A quo & per quem, hic noſter Deo carus Imperator, cæleſtis Imperii imaginem gerens, terrena cuncta quorum gubernaculis admotus eſt, inſtar Dei moderatur.

CAP. II.

B Et ille quidem unigenitus Dei ſermo, à ſæculis principio carentibus ad infinita uſque & interminata ſæcula regnat cum Patre. Noſter verò Imperator eidem perpetuò cariſſimus, qui ex cæleſti fonte Imperiales quoſdam percipit effluxus, & divinæ appellationis cognomento roboratur, multis jam annorum circulis & converſionibus terras regit. Præterea ille quidem omnium Conſervator, cælum ac mundum univerſum ac cæleſte Regnum Patri ſuo decentiſſimum atque aptiſſimum comparat. Hic verò ejus amicus, ex his qui in terris degunt, C omnes Imperio ſuo ſubjectos ad unigenitum Dei ſermonem Servatorémque adducens, idoneos ad ejus Regnum efficit. Et ille quidem communis omnium Servator, rebelles illas poteſtates, quæ per hunc terræ proximum aërem volitantes hominum animis incubabant, tanquam bonus paſtor feras beſtias, ſpiritali quadam & divina virtute ab ovili ſuo longiſſimè expellit. Hic ejus amicus, multis tropæis ab ipſo cælitus exornatus, apertos veritatis hoſtes belli jure ſibi ſubjiciens, pœna afficit. Ille utpote ratio ante mundum ſubſiſtens, & omnium D rerum Conſervator, rationalia ac ſalutaria ſemina ſuis tradens ſodalibus, rationales eos reddit & paterni Regni ſcientia inſtructos. Hic ejuſdem amicus, velut quidam interpres Verbi Dei, univerſum genus humanum ad cognitionem Dei revocat: omnium auribus inclamans, & clara voce, veræ pietatis ac veritatis leges cunctis per orbem terrarum degentibus annuntians. Ille omnium Servator, cæleſtes paterni Regni portas hinc eò migrantibus aperit. Hic verò Dei exemplum æmulatus, poſtquam terrenum Imperium cunctis errorum ſordibus purga-

vit, ſanctorum ac piorum hominum cœtus in ſacras ædes & baſilicas invitat; ſummam adhibens curam ac diligentiam, ut tota claſſis quam regendam accepit, cum ipſis vectoribus conſervetur. Solúſque ex omnibus qui Romano Imperio unquam præfuerunt, tertio jam decennalium circuitu à ſummo omniũ Imperatore Deo honoratus, hanc feſtivitatem non terrenis quibuſdam ſpiritibus, ut veteres illi; nec ſpectris dæmonum imperitam multitudinem ſeducentium; nec fraudibus & commentis hominum impiorum celebrat: Sed ipſi à quo honoratus eſt Deo, gratias perſolvit; conſcius ſcilicet bonorum quæ ab eo accepit. Non veterum ritu, palatium cruore ac tabo inquinans; nec fumo & igne & holocauſtis terrenos dæmones placans: verùm ſummo omniũ Regi gratam & acceptam victimam, ſuum videlicet regium animum, ac mentem Deo digniſſimam conſecrans. Sola enim hæc victima Deo jucunda eſt: quam Imperator noſter abſq; igne & ſanguine, puris animi cogitationibus litare condidicit: dum partim veris opinionibus ac ſententiis in animo reconditis pietatem confirmat; partim magnificis orationibus laudes Dei prædicat, & regiis actibus Dei clementiam æmulatur; totus ei addictus; magnique inſtar doni ſemetipſum ei dedicans, velut primitias orbis cujus ipſe adminiſtrationem accepit. Hanc igitur maximam hoſtiam ante omnes ritè immolat Imperator. Immolat verò utpote bonus paſtor, non

*Agnorum cædens primogenitorum hecatombas:*

Sed rationalis gregis qui ab ipſo paſcitur animos, ad cognitionem Dei cultumq; perducens. At Deus hujuſmodi delectatus hoſtia, donúmque ſibi oblatum libenter accipiens, venerandi hujus & eximii ſacrificii Antiſtitem collaudat, multóſque annorum circuitus ejus Imperio adjicit; pro modo religionis qua ab Imperatore colitur, ſua in illum beneficia viciſſim adaugens. Omneſque ei feſtivitates celebrare conceſſit cum ſumma ſingularis Imperii felicitate; ſingulis decennalium circulis unum ex ejus liberis ad Imperialis throni conſortium promovens. Primò enim natu maximum qui paterno appellatur nomine, primo Imperii decennio conſortem Regni renuntiavit: Eum dein-

CAP. III.

A εὐσεβῶν ἀνδρῶν, εἴσω βασιλικῶν οἴκων εἰσκαλεῖται. αὔτανδρον τὸν σύμπαντα στόλον τῶν ὑπ' αὐτῷ κυβερνωμένων, διασώσασθαι προμηθούμενος· πανήγυρίν τε ταύτην μόνος ἐξ τῶν πώποτε Ῥωμαίων καθηγεμόνων τῆς βασιλείας, τριτταῖς ἤδη περιόδοις δεκάδων πρὸς τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τιμηθεὶς, οὐ γενίοις κατὰ τοὺς παλαιοὺς συντελεῖ πνεύμασιν, οὐδὲ λαοπλάνων φάσμασι δαιμόνων, οὐδ' ἀπάταις καὶ λήροις ἀθέων ἀνδρῶν. αὐτῷ δὲ τὰ χαριστήρια τῷ τετιμηκότι, συνῃσθημένος τῶν εἰς αὐτὸν κεχορηγημένων ἀγαθῶν, B ἀποδίδωσιν· οὐ κατὰ τοὺς παλαιοὺς, αἵμασι καὶ λύθροις τοὺς βασιλικοὺς οἴκους μιαίνων· οὐδὲ καπνῷ καὶ πυρὶ ζώων τε ὁλοκαύτων θυσίαις, χθονίους δαίμονας ἀπομειλισσόμενος· τὴν δ' αὐτῷ τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων προσφιλῆ καὶ κεχαρισμένην θυσίαν, αὐτὴν δηλαδὴ τὴν αὐτοῦ βασιλικὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν τὸν θεοπρεπέστατον, ἀφιερῶν αὐτῷ. θυσία γὰρ αὕτη προσηνὴς αὐτῷ μόνη· ἣν ὁ βασιλεὺς ὁ ἡμεδαπὸς, καλλιερεῖν ἀπύρῳ καὶ ἀναίμῳ τοῖς κατὰ διάνοιαν κεκαθαρμένοις λογισμοῖς δεδίδακται. ψυχῆς μὲν ἀδιαψεύστοις C δόγμασι, τὰ τῆς εὐσεβείας κρατύνων, λόγῳ δὲ μεγαλοπρεπεῖ γεραίρων τὴν θεολογίαν, πράξεσί τε βασιλικαῖς τὴν τοῦ κρείττονος ζηλῶν φιλανθρωπίαν. ὅλος τε ἀνακείμενος αὐτῷ, καὶ μέγα δῶρον ἀνατιθεὶς αὐτὸς ἑαυτὸν, ἐπιστευθέντος κόσμου τὸ ἀκροθίνιον. τοῦτο δὴ μέγιστον ἱερεῖον πρὸ τῶν ἁπάντων καλλιερεῖ βασιλεύς. θύει δ' ἅτε ποιμὴν ἀγαθὸς, οὐκ ἀγλαὰς πρωτογόνων ῥέζων κλειτὰς ἑκατόμβας, τῶν δ' ὑπ' αὐτῷ ποιμαινομένων λογικῶν θρεμμάτων τὰς ψυχὰς, τῇ αὐτοῦ γνώσει καὶ εὐσεβείᾳ προσάγων. Ὁ δὲ τῷ τοιῷδε χαίρων ἱερείῳ D τὸ δῶρον ἀσμένως ἀσπαζόμενος. τῆς σεμνῆς καὶ καλλιπρεποῦς θυσίας τὸν ἱεροφάντην ἀγάμενος, προσθήκας αὐτῷ μακρῶν περιόδων τῆς βασιλείας προστίθησιν. ἀμειβόμενος ταῖς εἰς αὐτὸν ὁσίαις αὔξων τὰς εὐεργεσίας· παρέχει τε παντοίας ἑορτὰς ἐκτελεῖν σὺν πολλῇ τῇ ῥαστώνῃ τῆς μοναρχίας. ἐφ' ἑκάστῃ περιόδῳ δεκαετοῦς πανηγύρεως, ἕνα τινὰ τῶν αὐτοῦ παίδων, ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλικοῦ θρόνου κοινωνίαν προχειριζόμενος· πρῶτόν γε τοῦ πατρὸς τὸν ὁμώνυμον, κατὰ τὴν πρώτην τῆς βασιλικῆς περιόδου δεκάδα,

τὸ

τοῦ βασιλικοῦ κοινωνὸν ἀπέφηνε κλήρου. δεύτερον δ' ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ δεκάδι, τὸν ἐφεξῆς τῷ χρόνῳ. τὸν τρίτον ὡσαύτως, ἐπὶ τῇ τρίτῃ τῆς μετὰ χεῖρας ἑορτῆς δεκάδι. ἤδη δὲ καὶ τετάρτης ἀνακυκλουμένης περιόδου, ὡσὰν τῶν χρόνων εἰς μῆκος ἐκτεινομένων, συναύξων τὴν βασιλείαν ἀφθόνῳ κοινωνίᾳ τοῦ γένους, Καισάρων τε ἀναδείξεσι, προφητῶν θείων ἀποπληροῖ θεσπίσματα, ἃ δὴ πάλαι καὶ πρόπαλαι ὧδέ πη ἐβόα. καὶ διαλήψονται τὴν βασιλείαν ἅγιοι ὑψίστου. οὕτω δῆτα χρόνων ἅμα καὶ παίδων αὔξησιν βασιλεῖ τῷ θεοφιλεστάτῳ θεὸς αὐτὸς ὁ παμβασιλεὺς δωρούμενος, ἀκμάζουσαν αὐτῷ καὶ νεαρὰν τὴν κατὰ τῶν ἐπὶ γῆς ἐθνῶν ἡγεμονίαν, ὥσπερ ἄρτι φύειν ἀρχομένην καθίστησιν. αὐτός τε αὐτῷ συντελεῖ τὴν πανήγυριν. νικητὴν αὐτὸν καθιστὰς ἐχθρῶν ἁπάντων καὶ πολεμίων. εὐσεβείας τε ἀληθοῦς ὑπόδειγμα τοῖς ἐπὶ γῆς ἅπασιν ἀποφαίνων. ὁ δ' ὡς φῶς ἡλίου μαρμαρυγαῖς ταῖς τῶν Καισάρων ἐπιλάμψεσι, τοὺς πορρωτάτω τοῖς τόποις ἀπῳκισμένους, ταῖς εἰς μακρὸν ἐξ αὐτοῦ παραπεμπομέναις ἀκτῖσι, καταυγάζει· ὧδε μὲν ἡμῖν τοῖς τὴν ἑῴαν λαχοῦσι, τὸν ἐπάξιον αὐτοῦ καρπόν. θατέρῳ δὲ τῶν παίδων, θατέρῳ γένει τῶν ἀνθρώπων. καὶ πάλιν ἄλλον ἀλλαχόθι, λαμπτῆρας οἷα καὶ φωστῆρας, τῶν ἐξ αὐτοῦ προερχομένων φώτων, διενείματο· εἶθ' ὑπὸ μίαν ζεύγλην βασιλικοῦ τεθρίππου τέτταρας ὑποζεύξας αὐτὸς ἑαυτῷ οἷά τινας πώλους τοὺς ἀνδρειοτάτους Καίσαρας, ἡνίαις τε αὐτοὺς ἐνθέου συμφωνίας τε καὶ ὁμονοίας ἁρμοσάμενος, ἄνωθεν ὑψηλῶς ἡνιοχῶν ἐλαύνει. ὁμοῦ τὴν σύμπασαν, ὅσην ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, διιππεύων. αὐτός τε τοῖς πᾶσιν ἐπιπαρὼν, καὶ τὰ πάντα διασκοπούμενος· κἄπειτα τῆς οὐρανίου βασιλείας εἰκόνι κεκοσμημένος, ἄνω βλέπων, κατὰ τὴν ἀρχέτυπον ἰδέαν τοὺς κάτω διακυβερνῶν ἰθύνει. μονάρχου δυναστείας μιμήματι κραταιούμενος· τοῦτο γὰρ ἀνθρώπων φύσει τῶν ἐπὶ γῆς μόνος τῶν ἁπάντων δεδώρηται βασιλεύς· νόμος γὰρ οὗτος βασιλικῆς ἐξουσίας, ὁ τὴν κατὰ πάντων μίαν ἀρχὴν ὁριζόμενος· μοναρχία δὲ τῆς πάντων ὑπέρκειται συστάσεώς τε καὶ διοικήσεως· ἀναρχία γὰρ μᾶλλον καὶ στάσις, ἡ ἐξ ἰσοτιμίας ἀντιπαρεξαγομένη πολυαρχία· διὸ δὴ εἷς Θεός, ἀλλ' οὐ δύο, οὐδὲ τρεῖς, οὐδὲ ἔτι πλείονες· ἀκρι-

A de qui ſecundus erat ætate, ſecundo imperii decennio: tertium deinceps tertio ejus feſtivitatis quam nunc celebramus decennio. Cumque jam quartus volvi cœperit circulus; utpote temporum ſpatiis magis magiſque ſeſe extendentibus, copioſa generis ſocietate, & Cæſarum nuncupationibus imperium amplificans, divinorum Prophetarum implet oracula, quibus jampridem prædictū erat: Et ſuſcipient regnum, ſancti Altiſſimi. Ad hunc modum, temporum ſimul ac liberorum incremēta piiſſimo Imperatori largitus ſummus omnium Imperator Deus, vigentem ei ac florentem orbis terrarum dominationē præ- B ſtat, perinde ac ſi nunc primùm naſci atque erumpere cœpiſſet. Ipſeque adeò hanc ei feſtivitatem curat atque adornat; quippe quem hoſtium & inimicorum omnium victorē conſtituit, ac veræ pietatis exemplum humano generi propoſuit. At noſter Imperator, tanquam Solis jubar homines locorum ſpatiis longiſſimè remotos, Cæſarum ſuorum præſentia, quaſi quibuſdam radiis ex ſe procul emiſſis illuſtrat. Ac nobis quidem qui Orientem incolimus, ſobolem plane ſe dignam attribuit: alterum verò ex filiis, alteri hominum parti: alium rurſus alibi, tanquam faces quaſdam, & luminaria ex ſua luce diffuſa partitus eſt. Fortiſſimos deinde quatuor C Cæſares, quaſi quoſdam equuleos uno Imperialis quadrigæ copulans jugo, & cæleſtis conſenſus atque concordiæ habenis eos devinciens, ipſe ſublimis velut auriga, incitat atq; impellit; univerſum terrarum orbē qui Solis illuſtratur radiis, percurrens; ubique præſens & omnia inſpectans. Deniq; cæleſtis imperii imaginē ferens, oculis in cælum defixis, ad primitivi illius exemplaris ſimilitudinem res mortalium regit: monarchiæ Dei adumbrata quadā effigie roboratus. Hoc enim ſummus univerſorum Rex, ſoli omnium quæ in terra ſunt animantium, humano generi in- D dulſit. Quippe hic regiæ poteſtatis lex eſt, quæ omnes unius imperio ſubjacere decernit. Porro imperium ſingulare, ſupra omnes ſtatus & adminiſtrationes eminet. Etenim multorum æquali inter ſe poteſtate præditorum dominatio quæ huic oppoſita eſt, turba potius ac tumultus dici debet. Proinde unus Deus, non duo treſve aut etiam plures. Nam Deorum multitudo

A Deum penitus tollit. Unus Rex, ejuſque ſermo & regia lex una; quæ non verbis ac ſyllabis enuntiatur; nec in chartis aut tabulis perſcripta, temporis longinquitate corrumpitur: ſed vivus ac per ſe ſubſiſtens Dei ſermo; qui omnibus qui ſub ipſo & poſt ipſum ſunt, patris regnum diſponit atque ordinat. Hunc cæleſtes ambiunt exercitus, & infinita angelorum millia Deo miniſtrantium; turmæ item innumerabiles militiæ ſupra mundum poſitæ, & inviſibilium ſpirituum; qui intra cæli ſepta reſidentes, B totius mundi ordinem ac diſpoſitionem curant. Quorum omnium Dux ac Princeps eſt, regius Dei ſermo, velut quidam ſummi Imperatoris Præfectus. Hunc Magiſtrum militiæ; magnum Pontificem; Prophetam Patris; magni conſilii nuntium; paternæ lucis ſplendorem; unigenitum filium, aliiſq; hujuſmodi innumeris vocabulis ſacra Theologorum appellant oracula. Quem quidem vivum ſermonem, legem ac ſapientiam, omniſq; boni complementũ Pater cùm conſtituiſſet; cunctis qui imperio ſuo ſubjacent, ſummũ hoc bonum muneris loco donavit. Ille verò cuncta permanans & ubiq; incedẽs, & patris beneficia copio- C ſè in univerſos extendens, uſq; ad ipſa quæ in terris degunt ratione prædita animalia, ſimilitudinẽ regii principatus produxit; hominis animum ad imaginẽ ipſius formatũ divinis exornans facultatibus. Idcirco hominis animus alias quoq; virtutes divina quadam derivatione participat. Solus enim ſapiens eſt is, qui ſolus etiam eſt Deus. Idem ſolus natura bonus: ſolus fortis & potens. Idem juſtitiæ procreator: pater rationis atq; ſapientiæ; fons lucis ac vitæ; veritatis ac virtutis diſpenſator: ipſius denique imperii & principatus omnis ac po-

Cap. IV. D teſtatis auctor. Verùm unde hominibus datum eſt hæc noſſe? quis hæc mortalium auribus annuntiavit? Unde carnali linguæ id conceſſum eſt, ut res à carne & corporis mole ſemotas loqueretur. Quis inviſibilem regem propiùs intuitus, has in illo dotes ac virtutes vidit? Etenim elementa quidẽ affinitate cum corporibus conjuncta, & res ex iiſdem elementis compoſitæ, corporis ſenſibus percipiuntur. Verùm nemo unquam inviſibile illud regnum quo cuncta gubernantur, corporis oculis ſe vidiſſe gloriatus eſt: nec mortalis natura, ſapientiæ pulchritudinem

A βῶς γὰρ ἄθεον τὸ πολύθεον. εἷς βασιλεὺς, καὶ ὁ τούτου λόγος καὶ νόμος βασιλικὸς, εἷς, οὐ ῥήμασι καὶ συλλαβαῖς ἐκφωνούμενος, οὐδ' ἐν γραφαῖς καὶ στήλαις, χρόνου μήκει δαπανώμενος. ζῶν δὲ καὶ ὑφεστὼς Θεὸς λόγος, τοῖς ὑπ' αὐτὸν καὶ μετ' αὐτὸν ἅπασι, τὴν τοῦ πατρὸς διαταττόμενος βασιλείαν. στρατιαὶ δὲ τοῦτον οὐράνιοι περιπολοῦσι, μυριάδες τε ἀγγέλων Θεοῦ λειτουργῶν, πλήθη τε στρατοπέδων ὑπερκοσμίων, τῶν τε εἴσω οὐρανοῦ πνευμάτων ἀ- B φανῶν, τῇ τοῦ παντὸς κόσμου τάξει διακονουμένων. ὧν πάντων ὁ βασιλικὸς καθηγεῖται λόγος, οἷά τις μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος. ἀρχιστράτηγον αὐτὸς καὶ ἀρχιερέα μέγαν, προφήτην τε τοῦ πατρὸς καὶ μεγάλης βουλῆς ἄγγελον, φωτός τε ἀπαύγασμα πατρικοῦ, μονογενῆ τε υἱὸν, καὶ τούτων ἕτερα μυρία θεσπίζουσιν ἀναφωνοῦσαι θεολόγων φωναί. ὃν δὴ ζῶντα λόγον καὶ νόμον καὶ σοφίαν, ἀγαθοῦ τε πλήρωμα παντὸς ὁ γεννήσας ὑποστησάμενος μέγιστον, ἀγαθὸν δῶμα τοῖς ὑπὸ τὴν βασιλείαν πᾶσιν ἐδωρήσατο. ὁ δὲ διήκων τὰ πάντα, πάντῃ τε ἐπιπορευόμενος, καὶ C τάς τε τοῦ πατρὸς χάριτας ἀφθόνως ἐξαπλῶν εἰς πάντας, μέχρι καὶ τῶν ἐπὶ γῆς λογικῶν ζώων, τῆς βασιλικῆς δυναστείας ἐξέτεινε μίμημα, θεικαῖς δυνάμεσι τὴν εἰκόνα τὴν αὐτοῦ πεποιημένην ἀνθρώπου ψυχὴν καλλικοσμήσας. ἔνθεν αὐτῇ καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἡ κοινωνία, θεικῆς ἐξ ἀπορροίας περίεισι. μόνος μὲν γὰρ σοφὸς ὁ καὶ Θεὸς μόνος. ὁ δ' αὐτὸς τὴν οὐσίαν ἀγαθὸς μόνος. ἰσχύϊ δὲ δυνατὸς αὐτὸς μόνος· καὶ γεννητὴς μὲν αὐτῆς δικαιοσύνης. πατὴρ δὲ λόγου καὶ σοφίας, πηγή τε φωτὸς καὶ ζωῆς. ἀληθείας τε καὶ ἀρετῆς ταμίας. καὶ δὴ βασιλείας D αὐτῆς, ἀρχῆς τε πάσης καὶ ἐξουσίας καθηγεμών. ἀλλὰ ταῦτα πόθεν ἀνθρώποις εἰδέναι; τίς δ' ἀκοῇ θνητῶν ταῦτα διηκονήσατο; πόθεν δὲ γλώττῃ σαρκὸς, τὰ σαρκῶν ἀλλότρια καὶ σωμάτων, ἀποφθέγγεσθαι; τίς τὸν ἀφανῆ βασιλέα διοπτεύσας, ταύτας ἐν αὐτῷ κατεῖδε δυνάμεις; αἰσθήσει μὲν γὰρ σωμάτων ἀδελφὰ στοιχεῖα τά τ' ἐκ τούτων συγκρίματα καταλαμβάνεται· ἀλλ' οὐδείς πω σωμάτων ὀφθαλμοῖς τὴν κατὰ πάντων ἀφανῆ βασιλείαν ὄψει παραλαβὼν, ἐσεμνύνατο. οὐδ' ἡ θνητὴ φύσις τὸ σοφίας κατενόησε κάλλος.

A δὲ σαρκῶν αἰσθήσει τὸ δικαιοσύνης ἐνεῖδε πρόσωπον; ἐννόμου δ' ἀρχῆς καὶ βασιλικῆς ἐξουσίας πόθεν ἀνθρώποις ὑπεισῆλθεν ἔννοια; πόθεν αὐτοκρατορικὴ δύναμις, τῷ σαρκὶ καὶ αἵματι πεπιλημένῳ; τίς δὲ τὰς ἀφανεῖς καὶ ἀσχηματίστους ἰδέας, καὶ τὴν ἀσώματον καὶ ἀσχημάτιστον οὐσίαν, τοῖς ἐπὶ γῆς ἐξηγόρευσεν; ἀλλ' ἦν ἄρα τούτων εἷς ἑρμηνεὺς, ὁ διὰ πάντων ἥκων τοῦ Θεοῦ λόγος. ὁ τῆς ἐν ἀνθρώποις λογικῆς καὶ νοερᾶς πατὴρ οὐσίας. μόνος μὲν τοῦ πατρὸς θεότητος ἐξημμένος. τοῖς δὲ σφετέροις ἐκγόνοις, τὰς πατρικὰς ἀπορροίας ἐπάρδων· B ἔνθεν ἅπασιν ἀνθρώποις, Ἕλλησιν ὁμοῦ καὶ βαρβάροις, οἱ κατὰ φύσιν αὐτομαθεῖς λογισμοί. ἔνθεν λόγου καὶ σοφίας ἔννοιαι. ἔνθεν φρονήσεως καὶ δικαιοσύνης σπέρματα. ἔνθεν αἱ τῶν τεχνῶν καταλήψεις. ἔνθεν ἀρετῆς ἐπιστήμη. σοφίας τε φίλον ὄνομα, καὶ σεμνὸς φιλοσόφου παιδείας ἔρως· ἔνθεν ἀγαθοῦ παντὸς καὶ καλοῦ γνῶσις. ἔνθεν αὐτοῦ φαντασία Θεοῦ, καὶ βίος θεοσεβείας ἐπάξιος· ἔνθεν ἀνθρώπῳ βασιλείας ἰσχὺς, καὶ κράτος ἄμαχον τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων. ὡς δὲ τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ χαρακτῆρα, λόγος ὁ τῶν λογικῶν ὑφιστὰς πατὴρ, C βασιλικόν τε τοῦτο τὸ ζῶον ἀπειργάζετο, μόνον τῶν ἐπὶ γῆς βασιλεύειν καὶ βασιλεύεσθαι τοῦτ' εἰδέναι ἀναδείξας, προμελετᾶν τε καὶ προδιδάσκεσθαι ἐνθένδε τῆς οὐρανίου βασιλείας τὴν ἐπηγγελμένην ἐλπίδα, δι' ἣν καὶ ἀφῖκται, θνητοῖς τε εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν αὐτὸς ὁ τῶν παίδων οὐκ ἀπώκνει πατὴρ, τὰ δ' αὐτοῦ γεωργῶν σπέρματα καὶ τὰς ἄνωθεν ἀνανεούμενος χορηγίας, οὐρανίου μεθέξειν βασιλείας, τοῖς πᾶσιν εὐηγγελίζετο. ἐκάλει τε καὶ παρεκάλει D πρὸς τὴν ἄνω πορείαν εὐτρεπεῖς εἶναι, τὴν ἐπάξιον στολὴν τῆς κλήσεως παρασκευασαμένους. ἐπλήρου τε ἀρρήτῳ δυνάμει τὴν σύμπασαν ὅσην ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, τοῦ κηρύγματος. τῷ τῆς κατὰ γῆν βασιλείας μιμήματι, τὴν οὐράνιον ἐκτυπούμενος. ἐφ' ἣν καὶ σπεύδειν τὸ πᾶν τῶν ἀνθρώπων παρορμᾷ γένος, ἀγαθὴν ἐλπίδα ταύτην προβεβλημένος· Ἧς ὁ μὲν τῷ Θεῷ φίλος ἐντεῦθεν ἤδη μεθέξει, ταῖς ἐμφύτοις τῷ Θεῷ κοσμηθεὶς ἀρεταῖς, καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἀπορροίας τῇ ψυχῇ καταδεδεγμένος·

intelligentiâ unquam comprehendit? Quiſnam verò juſtitiæ vultum carnis oculis aſpexit? Unde legitimi imperii & regiæ poteſtatis notio hominibus oblata eſt? Unde imperialis potentia, homini ex carne & ſanguine compacto? Quis inviſibilem & figuræ omnis expertem formam, quis incorpoream externiſque carentem lineamentis ſubſtantiam, mortalibus expoſuit? Unus certè horum interpres fuit, per omnia permanans Dei ſermo. Qui rationalis & intellectualis ſubſtantiæ quæ in hominibus conſpicitur, pater eſt ac procreator: qui cùm ſolus patris cohæreat Divinitati, filios ſuos paternis effluxibus rigat. Hinc univerſis hominibus, Græcis pariter & Barbaris, naturales ſine ullius magiſterio ratiocinationes: hinc rationis ac ſapientiæ notiones: hinc prudentiæ ac juſtitiæ ſemina: hinc artium comprehenſio: hinc virtutis ſcientia, & nomen philoſophiæ, & venerãdus amor ſapientiæ. Hinc omnis boni honeſtique cognitio. Hinc ipſius Dei efficta in animo imago: & vivendi ratio divino cultui aptè reſpondens. Hinc homini vis ſuppetit regia, & in cuncta quæ in terra ſunt, imperium inexpugnabile. Poſtquàm verò ratio illa rationalium parens, in hominis animo effigiem indidit ex imagine ac ſimilitudine Dei expreſſam, hominemque prorſus regale animal effecit; uni ex terrenis animantibus ei tribuens, ut regnare & regnanti parêre noſſet; utque proludia ac proœmia ſpei regni cæleſtis quod nobis promiſſum eſt, jamtum ab hac vita auſpicaretur: cujus gratia ipſe advenit, & cum mortalibus verſari ipſe utpote filiorum pater non refugit: ſua ipſemet excolens ſemina, & cæleſtia renovans dona: cæleſtis regni omnibus copiam fore annuntiavit. Cunctos item vocavit: hortatuſque eſt ut ad illam in cælum profectionem prompti ac parati eſſent, veſtemque ea vocatione dignã ſibi compararent. Et inexplicabili quadam virtute univerſum terrarum orbem qui Solis radiis illuſtratur, prædicatione ſua implevit: terreni regni ſimilitudine exprimens regnũ cælorum. Ad quod ipſe univerſum genus humanum incitat atque impellit; hac fiducia bonaque ſpe omnibus oſtentata. Cujus quidem ſpei noſter hic Deo carus Imperator, etiam in hac vita ſit particeps; quippe qui innatis virtutibus à Deo exornatus ſit, & cœleſtes effluxus ex illo fonte in animum derivaverit. CAP. V.

Etenim rationalis quidem eſt ex illa univerſali ratione: ſapiens verò participatione divinæ ſapientiæ: bonus bonitatis illius communione. Et juſtus quidem eſt illi' participatione juſtitiæ; temperans ex illo temperantiæ exemplari; fortis verò divinæ virtutis beneficio. Hic ergo jure optimo Imperator vocabitur, qui animum ſuum omnibus virtutum coloribus ac lineamentis ad cœleſtis Imperii ſimilitudinē effinxit. Qui verò ab his alienus exſtiterit, & qui hujus univerſi Regem abnegaverit, nec cæleſtem animorum parentem agnoverit; nec convenientem Imperatori cultum atque ornatum ſumpſerit, ſed deformitate ac turpitudine animum impleverit; & pro Imperiali manſuetudine, feræ belluæ immanitatem induerit; pro liberali affectu peſtiferum improbitatis venenum; pro prudentia ſtultiam; deniq; loco rationis ac ſapientiæ, fœdiſſimam omnium vitiorum inſipientiam; ex qua tanquam ex amara potione, pernicioſa naſcuntur germina, vita ſcilicet intemperans & perdita; cupiditates; cædes; bellum adverſus Deum; impietas: Qui, inquam, his omnibus vitiis mancipatus fuerit: is licet tyrannica violentia dominari interdum videatur, revera tamen Imperator nunquam meritò dicetur. Quo enim modo cæleſtis monarchiæ ſimilitudinē exprimeret, qui mille dæmonum falſas atque adulterinas imagines in animo ſuo impreſſas geſtat? Quo pacto Princeps ſit & omnium Dominus, is qui infinitos ac ſæviſſimos Dominos ſibimet ipſe aſciverit. Qui ſervus ſit fœdæ libidinis, ſervus effuſæ in mulieres inſaniæ; ſervus pecuniæ malis artibus partæ; ſervus iracundiæ & furoris; ſeruus metus ac pauoris; poſtremò cruentorum dæmonum, & ſpirituum perniciem animis creantium vile mancipium. Solus ergo Imperator adſtipulante nobis veritatis teſtimonio prædicetur, hic Imperator omnium Deo cariſſimus: qui ſolus liber, ſeu potius reipſa Dominus eſt. Qui & pecuniarum cupiditate & mulierum amore ſuperior eſt: victor voluptatum, etiam illarum quas natura permittit. Qui non furori & iracundiæ ſuccumbit, ſed eos affectus in poteſtate habet. Hic reuera Imperator, convenientem actibus ſuis appellationem ſortitus; verè Victor; quippe qui de perturbationibus quæ hominum animos elidere ſolent, victoriam reportauit. Qui ad primitiuum illud exemplar ſummi omnium Imperatoris effictus

A καὶ λογικὸς μὲν ἐκ τοῦ καθόλου γεγονὼς λόγου, σοφίας δὲ μετουσίᾳ σοφός. ἀγαθὸς δ' ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ, καὶ δίκαιος μετοχῇ δικαιοσύνης. σώφρων τε σωφροσύνης ἰδέᾳ. καὶ τῆς ἀνωτάτω μετάσχων δυνάμεως ἀνδρεῖος· ἀτὰρ δὴ καὶ βασιλεὺς ἀληθεῖ λόγῳ χρηματίσειεν οὗτος, ὁ τῆς ἐπέκεινα βασιλείας τὸ μίμημα, βασιλικαῖς ἀρεταῖς τὴν ψυχὴν μεμορφωμένος· ὁ δὲ τούτων ἀπεξενωμένος, καὶ τὸν βασιλέα τῶν ὅλων ἀπαρνηθείς. μηδὲ τὸν ἐπουράνιον ψυ- B χῶν ἐπιγραψάμενος πατέρα. μηδὲ τὸν πρέποντα βασιλεῖ κόσμον περιθέμενος. ἀμορφίαν δὲ καὶ αἶσχος ἀναλαβὼν τῇ ψυχῇ. καὶ θηρὸς μὲν ἀγρίου θυμὸν βασιλικῆς ἡμερότητος ἀντικαταλλαξάμενος. ἰὸν δὲ δυσαλθῆ κακίας, ἀντ' ἐλευθερίου διαθέσεως. μωρίαν δ' ἀντὶ φρονήσεως. καὶ ἀντὶ λόγου καὶ σοφίας τὴν παντὸς δυσειδεστάτην ἀλογίαν. ἐξ ἧς ὥσπερ ἀπὸ πικροῦ πόματος, τὰ λυμαντικώτατα βλαστήματα, βίος ἄσωτος. πλεονεξίαι, μιαιφονίαι. θεομαχίαι. δυσσέβειαι. τούτοις ἐνδοθείς, κἂν νομίζηταί ποτε τυραννικῇ βίᾳ C κρατεῖν, ἀλλ' οὔπω τἀληθεῖ λόγῳ χρηματίσει βασιλεὺς οὗτος. πῶς δ' ἂν τὸ μίμημα τῆς μοναρχικῆς ἐξουσίας οἷός τε ἂν εἴη φέρειν ὁ μυρίας ψευδογραφουμένας δαιμόνων εἰκόνας, τῇ αὐτοῦ ψυχῇ τετυπωμένος· πῶς δ' ἄρχων καὶ τῶν ὅλων κύριος, ὁ μυρίους καθ' ἑαυτοῦ πικροὺς δεσπότας ἐφελκυσάμενος. καὶ δοῦλος μὲν αἰσχρᾶς ἡδονῆς. δοῦλος δ' ἀκολάστου γυναικομανίας δοῦλος δὲ χρημάτων ἐξ ἀδίκου πορίζομένων. δοῦλος θυμοῦ καὶ ὀργῆς. δοῦλος φόβου καὶ δειμάτων. δοῦλος μιαιφόνων δαιμόνων. δοῦλος ψυχοφθόρων πνευμάτων. ὁ δὴ μόνος ἡμῖν βασιλεὺς σὺν ἀληθείᾳ μαρ- D τυρεῖ κεκηρύχθω, ὁ τῷ παμβασιλεῖ θεῷ φίλος· ὁ δὴ μόνος ἐλεύθερος. μᾶλλον δὲ, ὁ κύριος ἀληθῶς. καὶ χρημάτων μὲν ἀνώτερος. γυναικῶν δὲ ἐπιθυμίας κρείττων. νικητὴς δὲ ἡδονῶν παρὰ τὴν κατὰ φύσιν. κρατῶν δὲ θυμοῦ καὶ ὀργῆς ἀλλ' οὐ κρατούμενος· αὐτοκράτωρ ἀληθῶς οὗτος, φερώνυμον τῇ πράξει φέρων τὴν ἐπηγορίαν· νικητὴς ἐτύμως, ὁ τὴν νίκην τῶν καταπαλαιόντων θνητὸν γένος παθῶν, ἀράμενος. ὁ πρὸς τὴν ἀρχέτυπον τοῦ μεγάλου βασιλέως

ἀπεικονισάμενος ἰδέαν. καὶ ταῖς ἐξ αὐτῆς τῶν ἀ- A
ρετῶν αὐγαῖς, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τῇ διανοίᾳ
μορφωθείς. ἐξ αὐτῶν δὲ ἀποτελεσθεὶς σώ-
φρων. ἀγαθός. δίκαιος. ἀνδρεῖος. εὐσεβής. φι-
λόθεος ἀληθῶς δὴ καὶ μόνος φιλόσοφος βασι-
λεὺς οὗτος, ὁ ἑαυτὸν εἰδώς. καὶ τὰς ἔξωθεν αὐτῷ,
μᾶλλον δ' οὐρανόθεν ἐπαρδομένας παντὸς
ἀγαθοῦ χορηγίας, ἐξεπιστάμενος. ὁ τῆς μο-
ναρχοῦ δυναστείας τὸ σεβάσμιον πρόσρημα,
τῷ τῆς ἀμπεχόνης ἐξαιρέτῳ περιβλήματι δια-
φαίνων, καὶ τὴν πρέπουσαν αὐτῷ βασιλικὴν
ἁλουργίδα, μόνος ἐπαξίως ἐμπεριειλημμέ-
νος. βασιλεὺς οὗτος, ὁ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, B
τὸν ἐπουράνιον ἀνακαλούμενος πατέρα. ὁ τοῦ-
τον ἐν ταῖς εὐχαῖς ἐπιβοώμενος. ὁ τῆς ἀνωτά-
τω βασιλείας ὀριγνώμενος μὴ γὰρ τὰ παρόντα
ἄξια τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ συνειδώς, τὰ
θνητὰ καὶ ἐπίκηρα καὶ ποταμοῦ δίκην ῥέοντα καὶ
ἀπολλύμενα, τὴν ἄφθαρτον καὶ ἀσώματον τοῦ
Θεοῦ βασιλείαν ποθεῖ. κἀκείνης τυχεῖν εὔχεται.
διὰ μεγαλόφρονα λογισμὸν, ὑπὲρ τὴν οὐρά-
νιον ἁψῖδα τὴν διάνοιαν μετεωρίσας, καὶ τὸν
ἐκεῖ φώτων ἄλεκτον πόθον ἐνεστερνισμένος.
ὧν τῇ παραθέσει, σκότους οὐδὲν διαφέρειν ἡ-
γεῖται τὰ τοῦ παρόντος βίου τίμια· τήν τε γὰρ C
ἀνθρώπων ἀρχὴν, θνητοῦ καὶ προσκαίρου βίου,
μικρὰν καὶ ὀλιγοχρόνιον ἐπιστασίαν οὖσαν ὁ-
ρᾷ. οὐ μακρῷ κρείττονα, τῆς αἰπόλων ἢ
ποιμένων ἢ βουκόλων ἀρχῆς. μᾶλλον δὲ,
καὶ ἐργωδεστέραν ἢ δυσκολωτέρων θρεμμά-
των ἡγεῖται· τάς τε τῶν δήμων ἐκβοήσεις,
καὶ τὰς κολάκων φωνὰς, πρὸς ὄχλου τίθεται
μᾶλλον ἢ πρὸς ἡδονῆς, διὰ στερρὸν ἦθος καὶ
γνησίαν ψυχῆς παίδευσιν· ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν
ὑπηκόων δορυφορίαν. μυριάδας στρατοπέ-
δων. ὁπλιτῶν πεζῶν τε ὁμοῦ καὶ ἱππικῶν δοῦλα D
καὶ ὑπήκοα πλήθη, οὐδαμῶς ὁρῶν καταπλήττε-
ται· οὐδ' ἐπὶ τῇ τούτων ἀρχῇ τυφοῦται, στρέφων
εἰς αὐτὴν τὴν διάνοιαν, τὴν κοινὴν ἁπάντων φύ-
σιν καὶ παρ' ἑαυτῷ βλέπων· ἐσθῆτα γεμὴν
χρυσοϋφῆ ποικίλοις ἄνθεσιν ἐξυφασμένην,
ἁλουργίδα τε βασιλικὴν σὺν αὐτῷ διαδή-
ματι, γελᾷ. τοὺς πολλοὺς θεώμενος ἐκπε-
πληγμένους, καὶ τὸ φάντασμα κομιδῇ νηπί-
ων δίκην, οἷόν τι μορμολύκειον θειάζοντας. οὐ-
δαμῶς αὐτὸς τὰ ὅμοια πεπονθὼς δι' ἐπιστή-

eſt, & effuſum ex illo cæleſti exemplari virtutum ſplendorem in mente velut in ſpeculo refert. Ex his formatus, temperans; bonus; juſtus; fortis; pius; amator Dei: quòdque illi uni convenit, amator ſapientiæ eſt Imperator noſter. Quippe qui ſeipſum probe novit; & qui extrinſecùs, ſeu ut verius dicam, cælitus ſibi conceſſam eſſe bonorum omnium affluentiam intelligit. Qui ſingularis imperii auguſtam appellationem, eximii paludamenti prærogativâ demonſtrat; & conveniente ſibi imperiali purpurâ ſolus meritò amictus eſt. Hic verè Imperator, qui noctu atq; interdiu cæleſtem invocat Patrem; qui in precibus opem ejus implorat; qui cæleſtis regni flagrat deſiderio. Nam cùm intelligat res præſentis ſæculi cum ſummo omnium Imperatore Deo minime eſſe comparandas, quippe quæ mortales ſint & caducæ, & amnis inſtar fluentes atque aſſiduè pereuntes; idcirco corruptionis expers ac ſpiritale Dei regnũ concupiſcit. Illud regnum conſequi optat ac precatur; præ animi celſitudine, ſupra ipſos cœli fornices mẽtem ſuam attollens, & ſplendentium illic luminum incredibili quodam deſiderio percitus. Præ quibus tenebras eſſe exiſtimat, quæcumque in hoc mundo pretioſa habentur. Nam imperium quo homines reguntur, cùm nihil aliud ſit quàm mortalis vitæ exigua ac brevis procuratio, haud multo præſtantius eſſe cenſet quàm imperium caprariorum aut paſtorum aut bubulcorum: ſed potiùs difficilius & moroſiori præſidens pecori. Sed & populorum acclamationes, & voces adulatorum, moleſtiæ potius deputat quàm voluptati; ob conſtantiam morum & ſinceram animi diſciplinam. Præterea quoties ſubditorum obſequium; quoties innumerabiles copias, & tam peditũ quàm equitum agmina ſibi famulantia ac dicto audientia contuetur, nequaquam admiratione percellitur, neque eam ob cauſam intumeſcit: ſed mentis acie in ſemetipſum converſa, communẽ omnium hominum naturam in ſe quoque agnoſcit. Veſtem quidem auro intextam & variis floribus pictam; Imperialem item purpuram unâ cum diademate deridet, cernens multitudinem hujuſmodi rerum admiratione perculſam, & omnem hunc apparatum velut larvam quandam more puerorum ſuſpicientem. Verùm ipſe nihil hujuſmodi paſſus, animum ſuum ſcientiâ Dei, velut

veſtimento quodam; temperantia; juſtitia; pietate ac reliquis virtutibus variegato, induit; utpote cultu vero Imperatori maxime conveniente. Ad hæc divitias ad quas hominum vota ſuſpirant, aurum ſcilicet & argentum, & quæcumque in admiratione habentur lapidum genera; lapides revera eſſe intelligit prorſus inutiles, & rem ſine ullo fructu. Qualia igitur iſta ſuapte natura ſunt tanti ipſe ea æſtimat; nihil utiq; ad depulſionem malorum conducentia? Quam enim vim ac virtutem hæc habent vel ad ſanandos morbos, vel ad mortem propulſandam? Verùm quamvis id ita eſſe apprime norit, tamen ad decentem ornatum ſubditorum causâ iis utitur; animi vigore nihil ob hæc immutato; ridens eos homines, qui ob ſimplicitatem atq; imperitiam iſta mirantur. Porrò à crapula ac temulentia, & ab exquiſitis cupediis, utpote quæ lurconum propriæ ſint, abſtinet atque abhorret; aliis iſta convenire cenſens, non ſibi. Hæc enim plurimum afferre nocumenti, & intellectui tenebras offundere, pro certo habet. His omnibus de cauſis Imperator, rerum divinarum ſcientia inſtructus, & ingenti animo præditus, ad res præſenti vita præſtantiores adſpirat, cæleſtem invocans Patrem; ejuſq; regnum omnibus votis deſiderans; & cuncta cum ſingulari pietate faciens: univerſis denique imperio ſuo ſubjectis, quos velut optimus magiſter erudiendos ſuſcepit, ſummi Imperatoris ac Dei notitiam tradens. Porro Deus velut pignora quædam futuræ remunerationis ei in anteceſſum præbens, tricennales ipſi coronas tribuit, felicibus annorum circulis contextas. Jamque ter-denis annorum ſpatiis confectis, publicas populorum, ſeu potius totius mundi feſtivitates, univerſis hominibus celebrare concedit. Interim verò dum mortales floribus cognitionis Dei redimiti exultant, non abſurdum fuerit cæleſtes etiam choros naturæ legibus incitatos, cum terrenis pariter gaudio exſilire. Ipſumque adeò univerſorum Regem, inſtar optimi patris lætitia affici credibile eſt, dum bonos filios Deum rite colentes videt; atque ob id maximè, principem auctoremque earum rerum, pluribus annorum curriculis honorare. Adeò ut non jam ſatis habeat, ter-denos annorũ circulos imperio ejus tribuere: ſed illud in longiſſimum tempus, & in ultimum uſque ævum producat.

Cap. VI

καὶ σὺν αἰσχύνῃ παράγειν εἰς φῶς ἐκ σκοτίων μυχῶν τοὺς αὐτῶν θεοὺς, παρακελευόμενοι, κἄπειτα ἀπογυμνοῦντες τοῦ φάσματος, καὶ τὴν εἴσω τῆς ἐπικεχρωσμένης μορφῆς ἀμορφίαν τοῖς πάντων ὀφθαλμοῖς ἐνδεικνύμενοι. εἶτ' ἀποξέοντες τὸ δοκοῦν χρήσιμον τῆς ὕλης, χωνείᾳ τε καὶ πυρὶ δοκιμάζοντες, τὸ μὲν λυσιτελὲς καὶ ὅσον αὐτοῖς ἀναγκαῖον ἐνομίζετο, ἐν ἀσφαλεῖ τιθέμενοι, συνεῖχον. τὸ δ' ἄλλως περιττὸν καὶ ἄχρηστον, εἰς μνήμην αἰσχύνης παρεχώρουν τοῖς δεισιδαίμοσιν. οἷον δὲ καὶ τόδ' ἔρεξε βασιλεὺς ὁ θαυμάσιος· ὡς γὰρ καὶ τῶν νεκρῶν εἰδώλων τὰ τῆς πολυτελοῦς ὕλης τὸν ἀποδοθέντα τρόπον ἐσκυλεύετο, τὰ λοιπὰ μετῄει ἀνδρείκελα χαλκοῦ πεποιημένα· δέσμιοι δῆτα καὶ οἵ γε μύθων θεοὶ γεγηρακότων, τριχῶν ὑφάσμασιν ἤγοντο περιβληθέντες· κἀπὶ τούτοις ὁ μέγας βασιλεὺς ὥσπερ τινὰ πολυφεγγῆ πυρσὸν ἐξάψας, μή πῃ λανθάνοι κρύφιόν τι πλάνης λείψανον, ὄμματι βασιλικῷ περιεσκόπει· οἷα δέ τις οὐρανοπετὴς ἀετῶν ὀξυωπέστατος, ἄνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ τὰ πορρωτάτω διεστῶτα κατὰ γῆς ἴδοι, ὧδε καὶ αὐτὸς τῆς αὐτοῦ καλλιπόλεως τὴν βασιλικὴν ἀμφιπολεύων ἑστίαν, δεινόν τι ψυχῶν θήρατρον ἐπὶ τοῦ Φοινίκων λανθάνον ἔθνους, ἐξ ἀπόπτου συνεῖδεν. ἄλσος δὲ τοῦτ' ἦν καὶ τέμενος, οὐκ ἐν μέσαις πόλεσιν, οὐδ' ἐν ἀγοραῖς καὶ πλατείαις, ὁποῖα τὰ πολλὰ κόσμου χάριν ταῖς πόλεσι φιλοτιμεῖται. τὸ δ' ἦν ἔξω πάτου τριόδων τε καὶ λεωφόρων, αἰσχρῷ δαίμονι Ἀφροδίτης, ἐπ' ἀκρωρείας μέρει τοῦ Λιβάνου καθιδρυμένον. σχολή τις ἦν αὕτη κακοεργίας ἅπασιν ἀκολάστοις, πολλῇ τε ῥᾳστώνῃ διεφθορόσι τὰ σώματα. γύννιδες γοῦν τινες ἄνδρες, οὐκ ἄνδρες, τὸ σεμνὸν τῆς φύσεως ἀπαρνησάμενοι, θηλείᾳ νόσῳ τὴν δαίμονα ἱλεοῦντο. γυναικῶν τε ἀπαράνομοι ὁμιλίαι, κλεψίγαμοί τε φθοραὶ, ἄρρητοί τε καὶ ἐπίρρητοι πράξεις, ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀποστάτῃ χώρῳ κατὰ τόνδε τὸν νεὼν ἐπεχειροῦν· ἔφορός τε οὐδεὶς ἦν τῶν πραττομένων, τῷ μηδένα σεμνῶν αὐτόθι τολμᾶν παριέναι· ἀλλ' οὐχὶ καὶ βασιλέα τὸν μέγαν ἦν τὰ τῇδε δρώμενα λανθάνειν· αὐτοπτήσας δὲ ταῦτα βασιλικῇ προμηθείᾳ, οὐκ ἄξιον εἶναι ἡλίου αὐγῶν τὸν τοιόνδε νεὼν ἐκρι-

A receſſibus deos ſuos proferre jubebant. Dehinc eoſdem Deos exteriore cultu nudantes, interiorem deformitatẽ quæ ſub pictâ latebat effigie, omnium conſpectui ſubjiciebant. Poſtremò abraſa utiliore materia, & in ignem conjecta atq; conflata, ipſi quidem id quod commodum ac neceſſarium eſſe videbatur, ſepoſitum reſervabant. Quidquid verò ſuperfluũ ac prorſus inutile erat, ad perpetuam opprobrii memoriam ſuperſtitioſis reliquerũt. Aliud quid etiam huic ſimile præſtitit Princeps omni admira-
B tione dignus. Eodẽ enim tempore quo mortuorum ſimulacra ex pretioſâ materiâ confecta, eo quem diximus modo ſpoliabantur, cetera quę ex ære fabrefacta erant, convehenda curavit. Itaq; Dii illi anilibus grecorum fabulis celebrati, circumiectis reſtib[9] vincti abducebantur. Poſthæc Imperator velut ſplendidiſſimam facem ex ſpecula quadam attollens, undiq; regalibus oculis circumſpicere cœpit, ſicubi abditę adhuc erroris reliquię ſupereſſent. Ac veluti aquila quædam acutiſſimo viſu prædita, cùm pennis in cælũ uſq; ſubvecta eſt, ea quæ in terris ſunt longiſſimo intervallo diſtantia, ex ſublimi facillimè diſpicit: ſic
C ille, dum in pulcherrimę urbis ſuæ palatio verſatur, exitialem quandam animarum decipulam in Phœnice latêre, tanquã è ſpecula proſpexit. Lucus hic erat ac delubrum, quod non in media urbe, nec in foro aut plateis poſitum erat, cujuſmodi multa viſuntur in civitatibus, ornamenti causâ ambitioſè conſtructa: ſed devium, procul à triviis & publico calle, fœdiſſimo dæmoni quẽ Venerem appellant, in parte verticis Libani montis conſecratum. Erat illic ſchola quędã nequitiæ, omnibus obſcœnis hominib[9]
D & qui corpus ſuum omni licentia corruperant, aperta. Quippe effeminati quidã, & feminę potius dicendi quàm viri, ſexus ſui gravitate abdicatâ, muliebria patientes, dæmonem placabant. Adhęc illegitimi cõcubitus & adulteria, fœdáque & nefaria flagitia eo in templo, tanquã in loco ob omni lege ac rectore vacuo, peragebantur. Nec quiſquam erat, qui ea quę illic gerebantur obſervaret; propterea quòd nemo vir gravis ac modeſtus eò accedere audebat. At nõ etiam Imperatorem maximũ latêre potuerũt quæ ibi perpetrabantur ſcelera. Sed cũ imperialis providẽtiæ oculo ea ipſemet inſpexiſſet, hujuſmodi templum indignum cenſuit quod Solis radiis illuſtra-

retur. Proinde illud unà cum ſimulacris ac donariis, totum funditus everti juſſit. Confeſtim igitur laſcivi erroris machinamenta, Imperatoris præcepto diſſipata ſunt; militibus ad purgandum locum operam ſuam præbentibus. Et qui laſciviæ hactenus dediti fuerant; Imperatoris minis perterriti, modeſtè ſe gerere didicerunt. Hunc in modum Imperator cùm larvas & integumenta nequitiæ quæ vulgi animos ſeducebat, omnium oculis ſubjeciſſet, Servatorem ſuum coram univerſis prædicavit. Nec fuit quiſquam, qui convictis ac deprehenſis ſubveniret; non dæmon aut Deus; non vates aut hariolus. Neque enim hominum mentes, in profunda caligine amplius volutabantur: ſed veræ pietatis radiis illuſtratæ, majorum ſuorum ignorantiam condemnabant, eorumque cæcitatem miſerebantur; ſeq; ipſas beatas judicabant, quæ graviſſimo errore liberatæ eſſent. Ad hunc modum Dei optimi nutu, & Imperatoris operâ, univerſum hoſtiũ genus tam aſpectabilium, quàm eorum qui oculorum aciem effugiunt, brevi temporis ſpatio deletum eſt: ac deinceps pax optima juventutis educatrix, orbem terrarum occupavit. Nec bella amplius erant, cùm uti q; nec Dii eſſent. Sed neq; pugnæ per agros perque urbes exſtiterunt, ſicut antea, cùm dæmonum cultus vigeret. nec amplius inter homines cruor paſſim fundi viſus, ut antea, cùm impiæ ſuperſtitionis invaluiſſet furor.

Cap. IX. Opportunum nunc tempus eſt, ut recentia cum veteribus comparemus, & rerum in melius factam mutationem ex collatione deteriorum intueamur; videamuſq; quo pacto olim quidem veſtibula, delubra, luci ac templa, in ſingulis urbibus ambitiosè erant ipſis exſtructa, & plurimis donariis exornata. Ac tyranni quidem qui tunc temporis dominabantur, Deos maximo in pretio & honore habebant. Gentes quoque & populi in agris atque in locis omnibus, in privatis etiam domibus, in penariis ſcilicet cellis ac thalamis, ſtatuis eos ac ſignis juxta patrios ritus honorabant. Fructus autem pietatis illis contigit, non illa quam nunc oculis cernim⁹ pax; ſed omnia prorſus contraria: bella nimirum, pugnæ & ſeditiones; quibus toto vitæ ſuæ ſpatio divexati, ſanguine atque inteſtinis cædibus regiones ſuas compleverunt. Dii porrò qui ab ipſis colebantur, vaticinia quidem & oracula, & rerum futurarum præſcien-

A νεν. αὐτοῖς δὲ ἀφιερώμασιν, ἐκ βάθρων τὸν τόπον ἀφανισθῆναι κελεύει. ἐλύετο δῆτα αὐτίκα βασιλικῷ νεύματι, τὰ τῆς ἀκολάστου πλάνης μηχανήματα. χείρ τε στρατιωτική, τῇ τοῦ τόπου καθάρσει διηκονεῖτο. σωφρονεῖν δ' ἔμαθον ἀπειλῇ βασιλέως, οἱ μέχρι τοῦδε ἀκόλαστοι. ἀλλὰ γὰρ ὧδε καὶ τὰ τῆς λαοπλάνου φάσματα κακίας ἐμφανῆ τοῖς πᾶσι καταστησάμενος βασιλεὺς, τὸν αὐτοῦ σωτῆρα τοῖς πᾶσιν ἀνεκήρυττεν. οὐκ ἦν τε ἀρωγὸς οὐδεὶς, οὐδ' ἐπαμύνων τοῖς ἑαλωκόσιν, οὐ δαίμων, οὐ Θεός. οὐ χρησμῳδός. οὐ μάντις. οὐ γὰρ

B ἔτι σκοτίῳ ζόφῳ αἱ τῶν ἀνθρώπων ἐκαλύπτοντο ψυχαί. θεοσεβείας δὲ ἀπαυγάσμασι πεφωτισμέναι, τοῖς μὲν αὐτῶν προπάτορσι κατεμέμφοντο ἀγνωσίαν, ἠλέουν τε αὐτοὺς τῆς ἀβλεψίας. σφᾶς δὲ αὐτὰς μακαρίας ἀπέφαινον, ὡς ἂν δεινῆς ἠλευθερωμένας πλάνης. οὕτω δῆτα ἐν βραχεῖ, Θεοῦ μεγαλοβουλῇ, βασιλέως τε ὑπουργίᾳ, πᾶν τὸ τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων, ὁρωμένων τε καὶ ἀφανῶν, ἀνῄρητο γένος. εἰρήνη τε λοιπὸν ἀγαθὴ καὶ κουροτρόφος, τὸ πάντων ἀνθρώπων διελάμ-

C βανεν οἰκητήριον. καὶ οὐκέτ' ἦσαν πόλεμοι, ὅτι μηδὲ Θεοί. ἀλλ' οὐδὲ μάχαι κατ' ἀγροὺς, κατὰ πόλεις, οἷαι τὸ πρὶν, ὅτε τὰ δαιμόνων ἐπήνθει. καὶ οὐκέθ' αἱμάτων παρ' ἀνθρώποις ἐκχύσεις, ὡς ὅτε τὰ τῆς πολυθέου μανίας ἤκ[illegible]μαζεν. ὥρα δ' οὖν τὰ νέα τοῖς παλαιοῖς ἀντιπαραβάλλειν, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω τροπὴν ἐκ τῆς τῶν χειρόνων ἀντιπαραθέσεως ἐπισκοπεῖν. διακρίνειν τε καὶ συνορᾶν, ὡς πάλαι μὲν πρόπυλα καὶ τεμένη, ἄλση τε καὶ ἱερὰ κατὰ πᾶσαν πόλιν αὐτοῖς φιλοπόνως ἐξῄσκητο, ἀναθήμασί τε πάνυ πολλοῖς ἐστεφανοῦντο

D ναοί. καὶ Θεῶν μὲν πολὺς ἦν ὁ παρὰ τοῖς τότε τυράννοις λόγος. ἔθνη τε καὶ δῆμοι κατ' ἀγροὺς καὶ πάντα τόπον, ἤδη τε κατ' οἴκους ἐν αὐτῶν αὐτοῖς ταμείοις τε καὶ θαλάμοις καὶ ἀγάλμασιν ἐτίμων τὰ πάτρια. τῆς εὐσεβείας αὐτοῖς ὁ καρπὸς, οὐ τὰ νῦν ὀφθαλμοῖς ὁρώμενα τῆς πρὸς ἀλλήλους ὑπῆρχεν εἰρήνης. πάντα δὲ τἀναντία τούτοις, πόλεμοι καὶ μάχαι, καὶ στάσεις· αἷς διὰ παντὸς τοῦ βίου κατατριβόμενοι, αἵμασι καὶ φόνοις ἐμφυλίοις τὰς ἑαυτῶν ἐπλήρουν χώρας· οἱ δὲ τ' αὖ πρὸς αὐτῶν τιμώμενοι, μαντείαν μὲν καὶ χρησμ

τῶν μελλόντων προγνώσεις, σὺν κολακείᾳ πολ-
λῇ τοῖς τότε κρατοῦσιν ἐπηγγέλλοντο· τὸν δὲ
σφῶν ὄλεθρον οὐκ ἔγνωσαν προγνῶναι, οὐδὲ
προφῆσαι σφίσιν αὐτοῖς· ὃ δὴ καὶ μέγιστον
γένοιτ' ἂν δεῖγμα τοῦ τῆς ἀπάτης ἐλέγχου. οὐ-
δεὶς γοῦν πώποτε τῶν ἐπὶ χρησμοῖς πάλαι
θαυμαζομένων, τὴν εἰς ἀνθρώπους ἔκλαμ-
ψιν τοῦ κοινοῦ σωτῆρος προηγόρευσεν, οὐδὲ τὸ
νέον κήρυγμα τῆς ὑπ' αὐτοῦ προβληθείσης
θεογνωσίας· ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ Πύθιος συνῆ-
κεν, οὐδ' ἕτερος τῶν μεγαλοδαιμόνων, τὴν οἰ-
κείαν ἐρημίαν. οὐδὲ τὸν πολιορκητὴν ἐθέσπι-
σεν, οὐδὲ τὸν αὐτῶν καθαιρέτην ἐμαντεύσατο.
τίς δὲ χρησμῳδὸς ἢ μάντις, τὰ μὲν αὐτῶν σεμ-
νὰ νέου τινὸς ἐπιφανέντος τῷ βίῳ σβεσθήσεσθαι.
τὴν δ' εἰς τὸν πάντων βασιλέα γνῶσίν τε καὶ
εὐσέβειαν, πᾶσιν ἀνθρώποις παραδοθήσεσθαι
προηγόρευσεν; τίς τὸ σεμνὸν τουτὶ καὶ θεοσεβὲς
βασίλειον, αὐτόν τε τὸν καλλίνικον ἡμῶν, τὰ
κατὰ δαιμόνων αὐτῷ πανταχοῦ γῆς ἀνεγηγερ-
μένα τρόπαια, καὶ τῶν ὑψηλῶν τὸν ἀφανισμόν,
προέγνω; τὴν δὲ διὰ πυρὸς χωνείαν, καὶ τὴν ἐξ
ἀχρήστου ἰδέας εἰς ἀναγκαίας χρήσεις τῶν ἀ-
ψύχων μεταβολήν, τίς πώποτε ἡρώων διεσεί-
λατο; χωνευομένων δ' αὐτοῖς τῶν ξοάνων, εἰς
λεπτόν τε γελοίως καταπλουμένων, τίς πώποτε
Θεῶν ἐμνημόνευσεν; ποῖ δ' ἦσαν οἱ τούτων ἀρω-
γοί, μὴ οὐχὶ ἐπαμύνειν τοῖς αὐτῶν ἀφιερώμα-
σιν ὑπ' ἀνθρώπων ἀφανιζομένοις; ποῖ ποτ'
ἦσαν οἱ τοὺς πολέμους τὸ πρὶν ἐνεργοῦντες, τοὺς
σφῶν πολιορκητὰς ἐν βαθυτάτῃ διατελοῦν-
τας εἰρήνῃ θεώμενοι; ποῖ δὲ οἱ τούτοις ὡς Θεοῖς
ἐπιθαρσοῦντες, καὶ πεποιθήσει ματαίᾳ τοὺς λο-
γισμοὺς ἐπαιρόμενοι. οἱ τὴν μὲν πλάνην εἰς ὕ-
ψος ἐγείραντες, πόλεμον δ' ἀκήρυκτον κατὰ
τῶν προμάχων τῆς ἀληθείας ἀράμενοι, κακοὶ
κακῶς ἀπολώλασι; ποῖ δὴ τὸ τῶν θεομάχων
γιγάντων στῖφος, καὶ τῶν δρακόντων τὰ συ-
ρίγματα; οἱ τὰς γλώττας ἀκονήσαντες, φω-
νὰς ἀθέους κατὰ τοῦ παμβασιλέως ἠφίεσαν·
ἀλλ' οἱ μὲν τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων πεπολεμω-
μένοι, πολυπληθείᾳ Θεῶν θαῤῥοῦντες, σὺν
πολλῇ δυνάμει χειρὸς στρατιωτικῆς ἐπῄε-
σαν, νεκρῶν εἴδωλα καμνόντων, ἐν ἀψύχοις
ἀγάλμασι προβεβλημένοι. ὁ δ' εὐσεβείας θώ-
ρακι πεφραγμένος, τὸ σωτήριον καὶ ζωοποιὸν
σημεῖον, ὥσπερ τι φόβητρον καὶ κακῶν ἀμυντή-

A tiam promittebant iis qui tunc rerum potiebantur, turpiter adulantes. Iidem verò ſuum ipſorum exitum prævidere ac ſibi ipſis prædicere minimè potuerunt. Quod quidem maximum argumentum eſt ad fraudem eorum convincendam. Nullus certè ex iis qui oraculorum cauſâ olim in admiratione fuerant, ſplendidiſſimũ communis omniũ Servatoris in terras adventum, & cognitionis divinę ab illo primùm traditę novam prædicationem unquam prædixit. Sed nec Pythius ipſe, nec alius quiſquã ex magnorum dæmonum numero, vaſtitatem ſuam præſcivit; nec quis ipſos expugnaturus atq; everſurus eſſet, vati-
B cinatus eſt. Quis item ariolus aut vates, Deorum quidem cultum novi cujuſdam in terris adventu penitus exſtinctum iri prædixit; ſummi verò omnium rerum Moderatoris notitiam univerſis hominibus tradendam eſſe? Quis hunc ſanctum & religioſũ Principatum, quis hunc ipſum victorẽ, quis tropęa ab ipſo contra dæmones ubiq; erecta, & excelſorum deſtructionem prævidit? Jam ſimulacra igni conflanda eſſe, & ex inutili ſpecie in neceſſarios uſus vertenda, quis Heroum unquam pronuntiavit? Quis Deorum, de ſtatuis ſuis quæ conflantur & in tenues laminas non ſine ludibrio conſcinduntur, mentionem unquam fecit? Ubinam quæſo erant illorum de-
C fenſores, ut monumentis ſibi conſecratis, quæ ab hominibus deſtruebantur ſubvenire non poſſent? Ubinam ſunt, qui bella antea concitabant, & qui nunc expugnatores ſuos in ſumma pace degentes conſpicantur? Ubinam ſunt, qui illis tanquam Diis confidebant, & inani perſuaſione animos ſuos extulerant; qui cùm errorem quidem ſuperſtitionis ſuæ ad ſummum culmen evexiſſent, bellum verò injuſtum adverſus veritatis propugnatores ſuſcepiſſent, miſeri miſerè perierunt. Ubinam gigantum catervæ contra Deum ipſũ pugnantium? ubi draco-
D num ſibila, qui linguas ſuas acuentes adverſus ſummum omnium Moderatorẽ, voces impias emittebant? Enimverò illi, ſummi omnium Imperatoris ſeipſos hoſtes profeſſi, Deorum freti multitudine, cum ingentibus armatorum copiis irruebant; mortuorum ſimulacra in ſtatuis anima deſtitutis præferentes. Hic verò noſter Imperator lorica pietatis indutus, cùm ſalutare ac vivificum ſignum, tanquam terriculamentum & malorum propugnaculum hoſtium

multitudini oppoſuiſſet, de hoſtibus pariter ac dæmonibus victoriam reportavit. Poſthæc gratum animum ſuum oſtendens, precibus cum gratiarum actione Deo qui victoriæ Auctor fuerat perſolutis; clara voce & monumentis ſtatuarum erectis, triumphale ſignũ cunctis hominibus prædicavit; in medio urbis regiæ inſigne hoc tropæum contra omnes hoſtes ſtatuens; cunctiſq; diſertè præcipiens, ut hoc ſalutare ſignum quod nulla unquam ætas deletura eſt, Imperii Romani, id eſt, orbis totius præſidium agnoſcerent. Atq; hoc tum univerſos homines docuit, tum inprimis milites. Neq; enim eos in haſtis armiſq;, nec in corporis robore ſpem ponere oportere; ſed ſummum Deum, omnium bonorum ipſiuſq; adeo victoriæ Largitorem agnoſcere. *Sic Imperator* (ô rem pœne incredibilem) exercitui ſuo precationum magiſter ipſe atq; inſtitutor fuit: piaſq; ipſis preces divinis legibus ac cæremoniis congruentes tradidit; ut manibus quidem in cælum ſublatis, mentis autem oculis altiùs ad ipſum uſq; cæleſtem Regem erectis, illum victoriæ Auctorem; illum Servatorem, Cuſtodemq; & Adjutorem in orationibus invocarent: Utq; diem precationibus congruum exiſtimarent eum, qui reverà primus & caput cæterorum, & qui verè dominicus eſt ac ſalutaris: quique lucis, vitæ, immortalitatis atque omnis boni vocabulo appellatur. quin etiam ipſe ſibi tantorum bonorum præceptor factus, in ipſis regiæ penetralibus Servatorem ſuum veneratur; & nunc precando, divinas implet leges ac cæremonias; nunc ſacrarum Scripturarum auſcultatione animum ſuum inſtituit. Præterea homines Deo conſecratos, qui vitæ gravitate & reliquis virtutibus ornati eſſent, miniſtros, & totius domus cuſtodes ordinavit. Denique Protectores & ſtipatores fidi, benevolentiæ armis muniti, Imperatorem ipſũ pietatis magiſtrum agnoſcunt. Porrò Imperator triumphale illud ſignum colit, utpote latentem in eo vim divinitatis expertus. Etenim hoſtium agmina ab hoc ſigno in fugam verſa, & inviſibilium dæmonum exercitus profligati. Hoc ſigno inſolentia eorum qui Deo bellum indixerant, compreſſa; & maledicorum atque impiorum linguæ conſtrictæ. Hoc ſigno barbaræ gentes ſubactæ, & ſuperſtitioſi dæmonum cultus, fraudes ac ludibria convicta ſunt. Huic

A ρεον, τῷ πλήθει τῶν ἐναντίων ἀντιπαρατάξας, ὁμοῦ τὴν κατ' ἐχθρῶν καὶ κατὰ δαιμόνων νίκην ἀπηνέγκατο· εἶτ' εὐγνώμονι λογισμῷ χαριστήριον ἀποδιδοὺς εὐχὴν τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ, φωνῇ μεγάλῃ καὶ στήλαις, ἅπασιν ἀνθρώποις τὸ νικοποιὸν ἀνεκήρυττε σημεῖον. μέσῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει μέγα τρόπαιον τουτὶ κατὰ πάντων πολεμίων ἐγείρας, διαρρήδην τε ἀνεξάλειπτον σωτήριον τουτὶ σημεῖον, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς καὶ τῆς καθόλου βασιλείας φυλακτήριον κηρύττων εἰδέναι. τοῦτο μὲν δὴ γνωρίζειν ἅπαντας ἐδίδασκεν ἀνθρώπους, καὶ πρὸ πάντων τὰ στρατιωτικά. οἷς δὴ μάλιστα χρῆ-

B ναι, μὴ δόρασι καὶ παντευχίαις, μὴ δ' ἀλκῇ σωμάτων τὰς ἐλπίδας ἐξάπτειν. τὸν δ' ἐπὶ πάντων Θεὸν εἰδέναι, τὸν παντὸς ἀγαθοῦ καὶ αὐτῆς νίκης δοτῆρα. οὕτω δὴ βασιλεὺς αὐτὸς, ὢ τῆς παραδόξου ἀκοῆς, λόγων εὐκτηρίων διδάσκαλος τῷ αὐτοῦ στρατῷ καθίστατο· εὐχάς τε εὐσεβεῖς, θεσμοῖς ἀκολούθως παρεδίδου θείοις. ἄνω μὲν αἴροντας εἰς οὐρανὸν μετεώρους τὰς χεῖρας. ἀνωτάτω δ' ἐπὶ τὸν οὐράνιον βασιλέα τοὺς τῆς διανοίας παραπέμποντας ὀφθαλμούς. κἀκεῖνον ταῖς εὐχαῖς νίκης δοτῆρα, σωτῆρα, φύλακά τε καὶ βοηθὸν ἐπιβοωμένους καὶ μίαν καὶ ἡμέραν εὐχῶν ἡγεῖσθαι κατάλληλον,

C τὴν κυρίαν ἀληθῶς καὶ πρώτην ὄντως κυριακήν τε καὶ σωτήριον, τὴν δὴ καὶ φωτὸς καὶ ζωῆς, ἀθανασίας τε καὶ ἀγαθοῦ παντὸς ἐπώνυμον. αὐτός τε ἑαυτοῦ διδάσκαλος καλῶν κἀγαθῶν, ἐν αὐτοῖς βασιλικοῖς ταμείοις τὸν σωτῆρα γεραίρων αὐτοῦ, ὧδε μὲν εὐχαῖς θεσμοὺς διετέλει θείους. ὧδε δὲ λόγων ἱερῶν ἀκοαῖς τὸν νοῦν διεπαιδεύετο· διάκονοι δ' αὐτῷ καὶ ὑπηρέται, Θεῷ καθιερωμένοι, βίου τε σεμνότητι καὶ ἀρετῇ κεκοσμημένοι ἄνδρες, φύλακες τοῦ παντὸς οἴκου καθίσταντο· καὶ δορυφόροι δὲ πιστοὶ σωματοφύλακες, τρόποις εὐνοίας ἀγαθῆς

D καθωπλισμένοι, βασιλέα διδάσκαλον θεοσεβοῦς ἐπεγράφοντο βίου. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ νικοποιὸν ἐτίμα σημεῖον, ἔργῳ τὴν πεῖραν τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος μαθών· καὶ γὰρ δὴ τούτῳ, πλήθη πολεμίων στρατιᾶς ὑπεχώρει. τούτῳ, δυνάμεις ἀφανῶν δαιμόνων ἠλαύνοντο. τούτῳ θεομάχων μεγαλαυχίαι καθῃροῦντο. τούτῳ δυσφήμων καὶ δυσσεβῶν γλῶτται κατεσιγάζοντο. τούτῳ βάρβαρα φῦλα καθυπετάττετο. τούτῳ παιδιαὶ δ'

σιδικίμονος ἀπάτης ἠλέγχοντο· τούτῳ τὸ πάντων ἀγαθῶν τέλος, οἷόν τι χρέος βασιλεὺς ἀποδιδοὺς, ἁπανταχοῦ γῆς στήλας ἐπινικίους ἱδρύετο. πλουσίᾳ καὶ βασιλικῇ χειρὶ, νεὼς καὶ τεμένη, ἱερά τε προσευκτήρια συνίστασθαι τοῖς πᾶσι διακελευόμενος· ὑψοῦτο δὲ παραχρῆμα μέσαις αὐταῖς ἐπαρχίαις τε καὶ πόλεσι, βασιλικῆς μεγαλονοίας μεγαλουργήματα. ἐν ὀλίγῳ τε ταῦτα κατὰ πᾶν ἔθνος διέλαμπεν, ἀθέου τυραννίδος τὸν ἔλεγχον ἐφελκόμενα· οἱ μὲν γὰρ ψυχῆς ἀπονοίᾳ πρὸ μικροῦ θεομαχεῖν ὡρμημένοι, κυνῶν δίκην λυττῶντες, κατὰ ἀψύχων οἰκοδομημάτων, ὅτι μὴ κατ᾽ αὐτοῦ Θεοῦ ἠδύναντο, τοὺς θυμοὺς ἠφίεσαν. εἶτ᾽ ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος καταῤῥίπτοντες, ἐξ αὐτῶν τε βάθρων ἀνασκάπτοντες τὰ προσευκτήρια, ἑαλωκυίας ὑπὸ πολεμίων πόλεως παρεῖχον θέαν· καὶ τοῦτ᾽ ἦν αὐτοῖς τῶν κακῶν τὸ δρᾶμα, δι᾽ οὗ τὸ θεῖον ὥσπερ ἀμυνόμενοι, τῆς φρενοβλαβείας αὐτίκα τὴν πεῖραν ἐλάμβανον· οὔπω δ᾽ οὖν αὐτοῖς βραχὺς διειρχόνος, καὶ μιᾷ ῥοπῇ θεηλάτου καταιγίδος ἀφανεῖς ἐποίει. ὡς μὴ γένος, μὴ σπέρμα, μηδέ τι λείψανον τῆς αὐτῶν μνήμης, ἐν ἀνθρώποις ἀπολειφθῆναι. ἀθρόως δ᾽ ἐν βραχεῖ τοὺς πάντας, καίπερ εἰς πλῆθος ἀφωρισμένους, θεηλάτοις μάστιξι τιμωρουμένους ἀποσβῆναι. ἀλλ᾽ οἱ δὲ μὲν θεομάχου λύττης, τοιοῦτον εὕραντο τέλος. ὁ δὲ τὸ σωτήριον τρόπαιον προβεβλημένος μόνος αὐτὸς οὐ μὴν μόνος, συνόντος δὲ καὶ συμπράττοντος τοῦ μόνου βασιλέως, τῶν μικρῷ πρόσθεν ἑαλωκότων, καινὰ πολὺ κρείττονα. τὰ δεύτερα, μακρῷ τῶν πρώτων ἀπέφαινε τιμιώτερα. ὧδε μὲν τὴν ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν, διαφόροις ἐκκλησίαις Θεοῦ φαιδρύνων. ὧδε δὲ τὴν Βιθυνῶν ἄρχουσαν, μεγίστῃ τιμῇ καὶ περικαλλεστάτῃ· τῶν δὲ λοιπῶν ἐθνῶν τὰς μάλιστα κρατιστευούσας, τοῖς ὁμοίοις ἐκόσμει· πάντων δ᾽ ἐξαίρετα δύο τμήματα τῆς ἑῴας ἀπολαβών. τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους, ὡς ἂν ἐνθένδε ζωοποιοῦ νάματος πηγῆς δίκην ἀναμβρήσαντος εἰς πάντας. τὸ δ᾽ ἐπὶ τῆς ἀνατολικῆς μητροπόλεως ἣ τὴν ἐπώνυμον Ἀντιόχου κοσμεῖ προσηγορίαν, τῇ δὲ μὲν ὥσπερ ἐν κεφαλῇ τῶν τῇδε ἐθνῶν ἁπάντων, θεῖόν τι καὶ μονογενὲς χρῆμα μεγέθους ἕνεκα καὶ κάλλους,

A denique (quod omnium bonorũ caput ac ſumma eſt) Imperator quaſi debitum quoddam perſolvens, ubique terrarum arcus triumphales erexit. Templa item ac delubra in ejus honorem conſtituit, regali opulentia ac liberalitate: & oratoria conſtrui, omnibus præcepit. Confeſtim igitur in mediis Provinciis ac civitatibus, eximia Imperialis magnificẽtiæ opera exſtrui cœpta: breviq; temporis ſpatio in omnib⁹ provinciis refulſerunt, tyrannicæ dominationis impietatem apertè confutantia. Hi enim nuper præcipiti furore ad bellum contra
B Deum gerendum impulſi, inſtar rabidorum canum, in ædificia ſenſu carentia, quandoquidem in Deum ipſũ non poterant, vim omnem effuderant: & oratoria ab ipſis culminib⁹ ad ſolum uſq; diſturbantes, ac fundamenta ipſa eruẽtes, captæ urbis imaginem ſpectantib⁹ præbuerant. Hujuſmodi ſcelerum tragœdia ab illis acta eſt: in qua Deum ipſũ oppugnare aggreſſi, furoris ſui illicò ultionẽ ſenſerũt. Vix enim breve temporis ſpatium interceſſerat, cùm procella cœlitus invecta, omnes uno momento abripuit atq; delevit: adeò ut nec genus, nec ſo-
C boles, nec ullum veſtigium nominis eorum inter homines relictũ ſit, ſed omnes licet numero plurimi eſſent, verberibus divinitus inflictis excruciati, funditus perierint. Et hi quidem furoris ſui quo adverſus Deum inſurrexerant, hujuſmodi exitum nacti ſunt. Hic verò qui ſalutaris tropæi præſidio munitus, ſolus in hoſtes irruerat: aut potiùs non ſolus (aderat enim ipſi & auxilium ferebat is qui ſolus eſt Imperator) nova oratoria longè præſtantiora iis quæ paulo ante expugnata fuerant, exſtruxit, & poſteriora multo magnificentiora priorib⁹ effecit:
D nunc urbem nominis ſui variis Dei illuſtrans Eccleſiis: nunc urbem totius Bithyniæ facilè principem, ampliſſimâ & pulcherrimâ exornans Baſilicâ. Sed & in reliquis provinciis, urbes nobiliſſimas hujuſmodi ornamentis decoravit. Ceterùm cùm duo præcipua Orientis loca elegiſſet, alterum in Palæſtina, propterea quod ſalutaris fidei rivus inde tanquam ex fonte in omnes gentes exundavit; alterum in urbe totius Orientis metropoli, quæ ab Antiocho nomen accepit: in hac quidem tanquam in vertice omnium ejus tractus provinciarum, ſingulare quoddam opus ſeu amplitudinem, ſeu decorem ſpectes, Deo conſecravit. Quippe univerſum tem-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A plum lõgo extrinſecus ambitu circumſcripſit: interiùs verò Baſilicam ipſam ad ſummam erexit altitudinem, eamq; octaedri formâ conſtructam variè exornavit, & plurimis undiq; cubiculis & exhedris circumdatam, diverſis cujuſque generis ornamentis venuſtavit. Et hæc quidem confecta ſunt in hunc modum. In provincia autem Palæſtina, apud civitatem quæ Hebræorum regia quondam ſedes fuit, in ipſo urbis meditullio, ad locum Dominici ſepulcri, Baſilicam immenſę amplitudinis, & ædem ſacram B in honorem S. Crucis omni magnificentię genere exornavit. Et monumentum Servatoris ſempiterna memoria dignum, illiuſq; tropæa contra mortem erecta, ornamentis quæ dicendo exprimi nequeunt, decoravit. Cumq; tria elegiſſet loca tribus ſacris & myſticis ſpeluncis honorata, ſingula magnificis ędificiis ornavit: ei quidem ſpeluncæ in qua Deus primùm apparuit, congruum honorem impendens: in altera autem, ultimæ illius aſſumptionis in montis vertice illuſtrans memoriam: in illa verò ſpelunca quæ inter utramq; media eſt, Servatoris noſtri certamina & victoriam C extollens. Has omnes ſpeluncas Imperator magnificè exornavit, ſalutare crucis ſignum univerſis hominibus prædicans. Porrò hoc ſignum Imperatori mercedem pietatis rependens, totã ipſius domum & Imperium amplificat, Regniq; tempus multis annorum circulis confirmat; optimis liberis ejuſq; generi & eorundem poſteris virtutis fructus ac præmia reſervans. Atq; hoc maximum eſt argumentum potentiæ, ejus qui ab Imperatore colitur Dei, quòd rectam juſtitiæ lancem paribus utrimq; momentis librans, utriq; parti congruam mer- D cedem attribuit. Nam illos quidem qui ſacras ædes expugnaverant, impietatis pœna è veſtigio inſecuta eſt. Quippe omnes illicò ſine ſtirpe, ſine domo, ſine lare, è medio ſublati ſunt. Hic verò qui dominum ſuum omni genere pietatis colit atq; obſervat; & nunc Baſilicas in honorem ejus inſtruit, nunc donariis ubiq; terrarum conſecratis illum ſubditis ſuis commonſtrat, jure merito eum familiæ, Imperii ac generis ſuis Servatorẽ Cuſtodemq; habere cernitur. Hoc modo Dei geſta, per divinam ſalutaris ſigni virtutem omnibus innotuerunt. De quo ſigno plurima dici poſſunt, quæ norunt ii qui ſacræ Theologiæ myſteriis initiati ſunt. Eſt enim hoc reverâ ſalutare

Cap. X.

A ἀφιερῶν. μακροῖς ἔξωθεν περιβόλοις τὸν πάντα νεὼν περιλαμβάνων. εἴσω δὲ τὸ ἀνάκτορον εἰς ἀμήχανον ἐπαίρων ὕψος, ὀκταέδρῳ μὲν σχήματι κατεποίκιλεν· οἴκοις δὲ τοῦτο πλείοσιν, ἐξέδραις τε ἐν κύκλῳ περιστοιχισάμενος, παντοίοις ἐστεφάνου κάλλεσι. τὰ δὲ μὲν οὖν, ὧδε συνετελεῖτο· τὰ δ' ἐπὶ τοῦ παλαιστινῶν ἔθνους. τῆς ἑβραίων βασιλικῆς ἑστίας ἐν μέσῳ, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ σωτήριον μαρτύριον, οἶκον εὐκτήριον παμμεγέθη, νεών τε ἅ- B γιον τῷ σωτηρίῳ σημείῳ πλουσίως καὶ δαψιλέσι κατεκόσμει φιλοτιμίαις. μνῆμά τε μνήμης αἰωνίου γέμον, αὐτά τε τοῦ μεγάλου σωτῆρος τὰ κατὰ τοῦ θανάτου τρόπαια, λόγου παντὸς κρείττοσιν ἐτίμα καλλωπίσμασι· τρεῖς δ' ἀπολαβὼν ἐν τῇδε χώρας τρισὶν ἄντροις μυστικοῖς τετιμημένας, πλουσίαις ταύτας οἰκοδομαῖς ἐκόσμει. τῷ μὲν περὶ τῆς θεοφανείας ἄντρῳ, τὰς τῆς καταλλήλους νέμων τιμάς, τῷ δὲ τῆς ὑστάτης ἀναλήψεως, τὴν ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας μνήμην σεμνύνων. τῷ δὲ μέσῳ τοῦ παντὸς ἀγῶνος τὰς σωτηρίους ἀνυψῶν νίκας· C ταῦτα δὴ πάντα βασιλεὺς ἐκόσμει, τὸ σωτήριον εἰς ἅπαντας ἀνακηρύττων σημεῖον· τῷ τῆς εὐσεβείας αὐτῷ τὰ ἀμοιβαῖα δωρούμενον, οἶκον, ἅπαντα καὶ θρόνον αὔξει, θρόνου τε βασιλείας, μακραῖς ἐτῶν περιόδοις κρατύνει, παισὶν ἀγαθοῖς καὶ αὐτῷ γένει διαδόχοις τε τούτων, τοὺς τῆς ἀρετῆς καρποὺς ταμιευόμενον· καὶ δὴ τοῦτ' ἦν τὸν μέγιστον τῆς τιμωμένου δυνάμεως δεῖγμα, ὅτι δὴ δικαιοσύνης ἐξ ἴσου νέμων τὰ τάλαντα, τὴν κατ' ἀξίαν ἀμοιβὴν ἑκατέρῳ τάγματι προσῆπτε· D διὸ τοῖς μὲν τοὺς εὐκτηρίους οἴκους πολιορκήσασι, παραπόδας εἵπετο τἀπίχειρα τῆς δυσσεβείας. ἄρριζοί τε καὶ ἄοικοι, ἀνέστιοί τε καὶ ἀφανεῖς καθίσταντο παραχρῆμα· ὁ δὲ τὸν αὐτοῦ δεσπότην παντοίοις τρόποις εὐσεβῶν τιμῶν. καὶ τοτὲ μὲν οἴκους αὐτῷ βασιλικοὺς ἀνυψῶν. τοτὲ δὲ τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς ἀφιερώμασι, τοῖς ἀρχομένοις ἀναφαίνων, εἰκότως σωτῆρα τὸν οἴκου βασιλέας, καὶ γένους σωτῆρα φερέγγυον εὕρατο. ὧδε Θεοῦ κατεφαίνοντο πράξεις, δι' ἐνθέου ἀρετῆς τοῦ σωτηρίου σημείου. Οὗ δὴ πέρι μακρὸς ἂν εἴη λόγος, μυσταγωγίας λόγων ἀνδρῶν παραδεδομένος καὶ ...

σωτήριον ἀληθῶς. θαῦμα μὲν εἰπεῖν. πολὺ δὲ θαυμάσιον ἐννοῆσαι· ὡς πάντα μὲν τὰ ἐξ αἰῶνος περὶ θεῶν ἐψευσμένα, μόνον ἐπὶ γῆς ἐκάλυψεν ὀφθέν. καὶ σκότῳ μὲν καὶ λήθῃ παραδέδωκε τὴν πλάνην. φῶς δὲ νοερὸν ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐκλάμψαν, τὸν μόνον ἀληθῆ τοῖς πᾶσιν ἀνεκάλυψε Θεόν· διὸ δὴ πᾶς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβαλὼν, νεκρῶν μὲν εἰδώλων καταπτύει προσώποις. πατεῖ δ᾽ ἀθέσμα δαιμόνων θέσμια, καὶ παλαιᾶς ἀπάτης πατροπαραδότου καταγελᾷ. λόγων δ᾽ ἱερῶν ἁπανταχοῦ διατριβὰς ἄνθρωποι συστησάμενοι, ὡς σωτηρίοις μαθήμασιν ἐκπαιδεύονται. ὡς ἂν μηκέτι τὴν ὁρωμένην σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ἐπτοῆσθαι κτίσιν, μηδ᾽ ἄνω βλέποντας ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, μέχρι τούτων ἱστάναι τὸ θαῦμα. τὸν δὲ τούτων ἐπέκεινα. τὸν ἀφανῆ καὶ ἀόρατον, κτίστην τῶν ὅλων ὁμολογεῖν, μόνον αὐτὸν σέβειν δεδιδαγμένους. τοσούτων δῆτα παραίτιον ἀγαθῶν ἀνθρώποις, τὸ μέγα τοῦτο καὶ παράδοξον ἀναπέφανται σημεῖον· δι᾽ οὗ τὰ μὲν οὐκ ἔστιν, ὅσα φαῦλα. τὰ δὲ πρὶν οὐκ ὄντα, νῦν παρὰ τοῖς πᾶσιν ἀκτῖσιν εὐσεβείας ἐκλάμπει· λόγοι δ᾽ οὖν καὶ μαθήματα καὶ προτροπαὶ σώφρονος καὶ θεοσεβοῦς βίου, εἰς ἐξάκουστον πᾶσιν ἔθνεσι κηρύττονται. κηρύττει τε βασιλεὺς αὐτὸς τὸ δὴ μέγιστον θαῦμα, ὅτι δὴ τοσοῦτος βασιλεὺς μεγίστῃ φωνῇ τῷ παντὶ κόσμῳ, οἷά τις ὑποφήτης τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ κέκραγε. πάντας ὁμοῦ τοὺς ὑπ᾽ αὐτῷ ποιμαινομένους, ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντος γνῶσιν ἀνακαλούμενος· καὶ δὴ μέσοις βασιλείων οἴκοις, οὐκ ἔθ᾽ ὡς τὸ πρὶν, ἀνδρῶν ἀθέων φλήναφοι. ἱερεῖς δὲ καὶ θιασῶται Θεοῦ, βασιλικοῖς ὕμνοις εὐσέβειαν σεμνυνόμενοι πανηγυρίζουσι. Θεός τε εἷς αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων βασιλεὺς, εἰς ἅπαντας καταγγέλλεται. ἀγαθῶν τε λόγος εὐαγγελικὸς, τῷ τε παντὸς βασιλεῖ τὸ τῶν ἀνθρώπων συνάπτει γένος. ἵλεων καὶ φίλον τὸν ἐπουράνιον πατέρα τοῖς κατὰ τὴν γῆν υἱοῖς, εὐαγγελιζόμενος. χοροί τε παντοίαις ᾠδαῖς ἐπινικίοις, γεραίρουσι. καὶ πᾶν τὸ θνητὸν συνηχεῖ γένος, τοῖς κατ᾽ οὐρανὸν ἀγγελικοῖς θιάσοις. ψυχαί τε λογικαὶ, δι᾽ ὧν περιβέβληνται σωμάτων ὥσπερ διὰ μουσικῶν ὀργάνων, τοὺς πρέποντας ὕμνους αὐτῷ καὶ τὰς θεοφιλεῖς ἀναπέμπουσι

ſignum, dictu quidem mirandum; intellectu autẽ ipſo longè admirabilius: quo pacto confictas jam inde à priſcis temporibus de Diis fabulas, ſimul atque in terris viſum eſt, per ſeipſum obſcuravit; ac tenebras quidem atq; errorem oblivioni tradidit; intellectualem verò lucem, quæ hominum animos illuſtraverat, unum ſcilicet ac verum Deum, omnibus patefecit. Itaq; nunc omnes ad meliora converſi, mortuorum quidem ſimulacrorum vultus conſpuunt, & impios dæmonum ritus conculcant, & vetuſtum errorem à majoribus propagatum irrident. Contra verò ſacroſanctæ fidei ſcholis conſtitutis, omnes tanquã ſalutaris diſciplinæ præceptis imbuuntur: adeò ut non amplius res creatas quę corporis oculis cernuntur, reformident; nec ſurſum verſus ad Solem, Lunam, & ſidera ſublatis oculis, in eorum admiratione ſubſiſtãt: ſed illum qui hæc omnia tranſcendit, quiq; nec viſu nec ſenſu ullo percipi poteſt, omnium rerum Conditorem eſſe fateantur, eumque unum colere diſcant. Tot bonorum Auctor mortalibus exſtitit; magnum & admirabile hoc ſignum. Cujus vi ac virtute, mala quidem quæ prius erant, nunc eſſe deſierunt: quæ verò ante non erant bona, irradiante jam pietatis luce ubique reſplendent. Sermones item & præcepta atq; hortationes ad vitam modeſtè ac religiosè inſtituendam, cunctis gentibus prædicantur, ipſeq; adeò Imperator hujuſmodi prædicationem inſtituit. Atque hoc maximum miraculum eſt, quòd tantus Imperator contentiſſima voce, tanquam interpres ſummi omniũ Moderatoris Dei inclamans, omnes qui ipſius curæ commiſſi ſunt, ad veri Dei cognitionem vocat. Quodq; in medio palatio non ut antea moris fuit, impiorum hominum nugæ, ſed Sacerdotes ac miniſtri Dei, pietate conſpicui, regiis hymnis ac laudibus feſtum diem celebrant. Quod unus Deus qui hujus univerſi Imperator eſt, omnibus annuntiatur, & Evangelicus ſermo cuncta nobis bona promittens, humanum genus Deo conjungit: Patrem cæleſtem ſuis in terra filiis propitium ac benevolum nuntians. Quòd eum chori triumphalibus cujuſque generis canticis venerantur: & univerſum hominum genus unà cum Angelicis agminibus concinit, & rationales animi corporibus quibus induti ſunt, velut muſicis quibuſdam inſtrumentis utentes, hymnos ipſi convenientes, gratáſque

laudes cũ adoratione perſolvunt. Quod ii qui Occidentis tractum incolunt, unà cum Orientalium partium incolis, uno eodemque temporis momento ipſius pręceptis erudiuntur: & qui ad Septentrionem habitant, ſimul cum iis qui ad Meridiem degunt, uno concentu reſonant: iiſdem moribus ac legibus religioſum vivendi genus conſectantes: & unum quidem qui ſuper omnia eſt collaudant Deum; unum verò, unigenitũ ſcilicet ejus Filium, Servatorem & omnium bonorum Auctorem agnoſcũt: unum quoq; orbis terrarum correctorem atq; Imperatorem, & Deo amabiles eiuſdem liberos norunt. Hic vero inſtar periti Gubernatoris in ſublimi ſedens, clavumq; manu tenens, recto curſu navem dirigit, omneſq; ſubditos ad tutum ac tranquillum portum ſecundo vento perducit. At Deus ſummus omnium Imperator dextram ipſi ab alto porrigens, hactenus quidem omnium inimicorum & hoſtium victorem eum præſtat, & multis annorum circulis Imperii robur amplificat. Sed longè præſtantiorum bonorum participem eum præterea facturus eſt, & promiſſa ſua rebus ipſis ei approbaturus. Quæ quidem promiſſa præſens tempus adhuc commemorari non patitur: ſed exſpectandus eſt ex hac vita diſceſſus: quandoquidem mortalibus oculis & carneis auribus, divina comprehendi nullatenus poſſunt.

Cap. XI. Age vero victor Maxime Conſtantine, tibi nunc in hoc imperiali de ſummo omnium Imperatore conſcripto libro, arcanorum ſermonum myſteria tradamus; non quò te doceamus qui divinitus inſtitutus es: nec quò arcana tibi retegamus, cui Deus ipſe multò ante ſermones noſtros, non ab hominibus nec per hominem aliquem, ſed per ipſũ communem omnium Servatorem, perque Divinitatis ſuæ præſentiam quæ tibi ſæpius affulſit, occulta ſacra aperuit ac nudavit: Sed ut rudes & ignaros homines, ad veritatis notitiam perducamus, tuorumque pie & religioſè factorum cauſas ac rationes, ignorantibus ſuggeramus. Nam ea quidem quæ in honorem & cultum ſummi omnium Imperatoris Dei, tua eximia virtus per univerſum terrarum orbem quotidie gerit, omnium mortalium ſermone celebrantur. Quæ verò in noſtro ſolo (Palæſtinam provinciam intelligo) in eaq; urbe ex qua tanquam ex fonte ſalutaris ſermo in omnes homines exundavit, Cuſtodi ac Servatori tuo conſecraſti

A θεολογίας. ὁμοῦ τε τοῖς κατ' ἀνατολὰς οἰκοῦσιν οἱ τὰ πρὸς δυσμὰς λαχόντες, ὑπὸ μιᾶς καιροῦ ῥοπὴν τοῖς αὐτοῦ μαθήμασιν ἐκπαιδεύονται· τοῖς τε κατὰ μεσημβρίαν οἱ τὴν ἀρκτῴαν διειληφότες λῆξιν, σύμφωνα κελαδοῦσι μέλη. τοῖς αὐτοῖς τρόποις τε καὶ νόμοις, τὸν θεοσεβῆ μεταδιώκοντες βίον. καὶ ἕνα μὲν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀνευφημοῦντες, ἕνα δὲ τὸν μονογενῆ σωτῆρα, πάντων αἴτιον ἀγαθῶν ἐπιγραφόμενοι. ἕνα δὲ καὶ τὸν ἐπὶ γῆς διορθωτὴν βασιλέα, παῖδάς τε

B τούτου θεοφιλεῖς γνωρίζοντες· ὁ δ' οἷά τις σοφὸς κυβερνήτης, ὑψίζυγος, ὑπερπηδᾷ αἰωρούμενος, εὐθεία τε περαίνων οἰακίζει. οὐρίῳ πνεύματι τοὺς ὑπ' αὐτῷ πάντας, ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ καὶ γαληνὸν ναυστολῶν ὅρμον. Θεὸς δ' αὐτὸς ὁ μέγας βασιλεὺς, ἄνωθεν αὐτῷ δεξιὰν χεῖρα προτείνων, τέως μὲν ἁπάντων ἐχθρῶν καὶ πολεμίων νικητὴν αὐτὸν καθίστησι. μακραῖς ἐτῶν περιόδοις τὸ τῆς βασιλείας ἐπαύξων κράτος. μέλλει δὲ καὶ κρειττόνων ἀποφαίνειν κοινωνὸν ἀγαθῶν, ἔργοις ἐπ'

C αὐτὸν τὰς οἰκείας πιστούμενος ἐπαγγελίας· ἃς οὐκ ἔθ' ὁ παρὼν καιρὸς ἐπιτρέπει λέγειν. μένειν δὲ χρὴ τὴν ἐκεῖσε πορείαν. ὅτι δὲ θνητοῖς ὄμμασιν καὶ σαρκός τ' ἀκοαῖς οὐκ ἔχει φύσιν τὰ θεῖα καταλαμβάνεσθαι. Φέρε δή σοι νικητὰ Μέγιστε Κωνσταντῖνε, λόγων ἀπορρήτων μυήσεις, ἐν τῷ βασιλικῷ τῷδε ἀμφὶ τοῦ παμβασιλέως τῶν ὅλων συγγράμματι παραθώμεθα· οὐ σὲ μυοῦντες τὸν ἐκ Θεοῦ σεσοφισμένον. οὐδὲ σοὶ τὰ ἀπόρρητα γυμνοῦντες, ᾧ καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων λόγων Θεὸς αὐτὸς, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, δι' αὐτοῦ δὲ τοῦ κοινοῦ σωτῆρος, καὶ τῆς αὐτοῦ τε πολλαχῶς ἐπιλαμψάσης θειοτέρας ὄψεως, τὰ κρύφια τῶν ἱερῶν ἐξέφηνέ τε καὶ ἀπεκάλυ-

D ψε. τοὺς δ' ἀμαθεῖς ἀνθρώπους εἰς φῶς ἄγοντες. καὶ τῶν σῶν τῆς εὐσεβείας ὁσιουργημάτων τὰς ὑποθέσεις καὶ τὰς αἰτίας τοῖς ἀγνοοῦσιν ὑποτιθέμενοι· τὰ μὲν γὰρ εἰς τὴν τοῦ βασιλέως Θεοῦ τῶν ὅλων θεραπείαν τε καὶ τιμὴν ὁσημέραι καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης πρὸς τῆς ἀρετῆς κατορθούμενα, πᾶν στόμα τῶν ἀνυμνεῖ. τὰ δ' ἐπὶ τῆς ἡμεδαπῆς οὐσίας, φημὶ δὴ τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους, πόλεώς τε τῆς δ' ἐν ᾗ ὁ σωτήριος λόγος ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς εἰς πάντας ἀναβλύσας

ἀνώμβρησεν ἀνθρώπους, ἀνατεθέντα τῷ σῷ φύλακί τε καὶ Σωτῆρι χαριστήρια. τρόπαιά τε τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης, ἐν προσευκτηρίων οἴκοις καὶ ναῶν ἀφιερώμασιν ἀνεγηγερμένα. ὑψηλά τε καὶ περικαλλῆ βασιλικῆς διανοίας βασιλικὰ μεγαλουργήματα, ἀμφὶ τὸ Σωτήριον τῆς ἀθανάτου μνήμης ἐπεσκευασμένα, οὐ τοῖς πᾶσι πρόδηλον ἔχει τὴν αἰτίαν· οἱ μὲν τᾷ θείᾳ δυνάμει πνεύματος ἐνθέου πεφωτισμένοι, ἴσασί τε καὶ γνωρίζουσι, καὶ σὲ τῆς ἐπὶ ταῦτα διανοίας τε καὶ ὁρμῆς οὐκ ἀθεεὶ κεκινημένης, ἐνδίκως θαυμάζουσί τε καὶ μακαρίζουσιν· οἱ δὲ τῶν θείων ἀγνώμονες, ψυχῆς ἀβλεψίᾳ, χλεύην καὶ γέλωτα πλατὺν τίθενται τὸ πρᾶγμα. νεκρῶν σωμάτων μνημεῖα καὶ τάφους τοσούτῳ βασιλεῖ σπουδάζεσθαι, ἀπρεπὲς εἶναι καὶ ἀνοίκειον ὑπειληφότες· εἶτ' οὐχὶ βέλτιον φαίη ἄν τις αὐτῶν, τὰ πάτρια φυλάττειν. καὶ τοὺς καθ' ἕκαστον ἔθνος τιμωμένους ἥρωάς τε καὶ Θεοὺς εὐμενίζειν. μὴ δ' ἀποπτύειν αὐτοὺς καὶ φεύγειν τῶν τοιῶνδε συμφορῶν ἕνεκα· ἢ γὰρ κἀκείνους ὁμοίως τῷ δὲ τῆς ὁμοπαθείας χάριν θειάζειν. ἢ εἰ ἀπόβλητοι διὰ τὰς ἀνθρωποπαθείας ἐκεῖνοι, καὶ τούτῳ δίκαιον εἶναι τὴν αὐτὴν ἀπονέμειν ψῆφον. ταῦτα γοῦν αὐτῶν εἴποι τις ἂν εὖ μάλα τὰς ὀφρῦς συνάγων, οἰήμασί τε δοκησισόφων καὶ τὸν ἀπὸ σεμνολογῶν τῦφον· ὃν δὴ συγγνώμης ἀξιῶν τῆς ἀμαθίας, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντα περιπλανημένον, ὁ τοῦ παναγάθου πατρὸς φιλάνθρωπος λόγος, διατριβὰς καὶ διδασκαλίας καθ' ὅλης τῆς τῶν ἐθνῶν οἰκουμένης πηξάμενος, ἔν τε χώραις καὶ κώμαις, ἀγροῖς τε καὶ ἐρημίαις, ταῖς τ' ἁπανταχοῦ πόλεσιν, εἰς τὴν τῶν ἐνθέων μαθημάτων παίδευσιν ἀφθόνως ἐπικαλεῖται. Ἕλληνας ὁμοῦ καὶ βαρβάρους. σοφοὺς καὶ ἰδιώτας. πένητας καὶ πλουσίους. οἰκέτας ἅμα δεσπόταις. ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους. ἀσεβεῖς. ἀδίκους. ἀμαθεῖς. αἰσχροποιούς. βλασφήμους, ἥκειν καὶ σπεύδειν ἐπὶ τὴν ἔνθεον θεραπείαν, οἷα φιλάνθρωπος Σωτὴρ καὶ ψυχῶν ἰατρὸς παρακελευόμενος· λαμπραῖς γοῦν φωναῖς προτέρων κακῶν ἀμνηστίαν τοῖς πᾶσιν ἀνακηρύττων ἐβόα, δεῦτε λέγων πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· καὶ αὖθις. οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. καὶ

A grati animi monumenta; & quæ in oratoriorum ædificiis & ædium ſacrarum dedicationibus erexiſti tropæa victoriç de morte reportatæ; excelſa, inquam, illa & pulcherrima Imperialis magnificentiæ opera, verè Imperialia, circa ſalutare immortalis vitæ monumentum exſtructa, non omnibus conſpicuam & manifeſtam cauſam habent. Quippe hi quidem qui cæleſti divini Spiritus virtute illuſtrati ſunt, cauſam ipſam ſciunt atq; intelligunt; teq; ob conſilium illud, eumq; impetum animi quem non ſine divino quodam motu ſumpſiſti, meritò B mirantur ac beatum prædicant. Qui verò rerum divinarum imperiti ſunt, opus illud præ cæcitate mentis derident atq; ſubſannant; indecorum & à Majeſtate tanti Imperatoris alienum eſſe rati, ut in monumentis ac ſepulchris cadaverum, ſtudium ſuum atq; operam collocet. Enimverò (dixerit horum aliquis) annon ſatius eſſet patrios ritus ſervare, & heroës ac Deos qui in ſingulis provinciis coluntur placare; nec eos deſpuere & averſari propter hujuſcemodi calamitates. Aut enim illos perinde atque hunc, ob ærumnarum ſimilitudinem C divinis honoribus afficere oportet. Aut ſi illi abjiciendi ſunt, utpote humanis perpeſſionibus obnoxii; idem quoque de hoc ſentiendum eſt. Hæc fortaſſe aliquis eorum dixerit, contracto admodũ ſupercilio, ſapientiorem ſe ceteris exiſtimans, & vanitatem ſuam gravitate verborum extollens. Cui tamen utpote per imprudentiam erranti, veniam impertiens optimi Patris clementiſſimus Filius, Dei ſermo: non hunc ſolum, ſed omnes qui à recto tramite aberraverũt, ad divinæ diſciplinç inſtitutionem liberaliter invitat: exſtructis per univerſum orbem ſcholis atq; auditoriis, in regionibus & vicis, in agris lociſque deſertis, D in cunctis denique civitatibus: Græcos ſimul ac Barbaros, ſapientes & imperitos, pauperes ac divites, ſervos ac Dominos, ſubditos juxta ac Principes, impios, injuſtos, indoctos, flagitioſos, blaſphemos ad divinam curationem accedere, immo accurrere jubens, utpote clementiſſimus Servator & Medicus animorum. Itaque priorum ſcelerum oblivionem cunctis annuntians, clara voce ſic olim clamabat: Venite ad me omnes qui labore defeſſi eſtis & onere oppreſſi; & quietem vobis dabo. Et rurſus: Non veni ut vocarem juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Et cauſam

*Matth. 11.*

*Matth. 9.*

ſubiungit: Non enim valentibus opus eſt Medico, ſed malè habentibus. Et alibi: Nolo mortem peccatoris, ſed ut pœnitentiam agat. Hinc eſt quòd ſolus ille qui divinis imbuitur diſciplinis, ubi cauſas ſtudii ac diligentiæ in ſupradictis operibus collocatæ didicerit, fateatur neceſſe eſt excellentem quendam impulſum in Imperatore exſtitiſſe, ejuſq; in colendo Numine pietatem admiretur; credâtque curam hanc & ſollicitudinem erga ſalutaris reſurrectionis monumentum, non ſine divino nutu natam eſſe, ſed reipſa ex afflatu divini Numinis profectam, cujus ſe famulum, bonúmque bonarum rerum miniſtrum eſſe Imperator gloriatur. Hæc tibi, Imperator maxime, grata inprimis & jucunda eſſe cùm certò ſciam, piorum operum tuorum cauſas & rationes hoc præſenti ſermone cunctis explicare conſtitui, tanquam conſilii tui nuntius, & religioſæ mentis interpres: docens omnes ea quæ diſcenda ſunt ab omnibus, quotquot noſſe deſiderant rationes virtutis Dei ac Servatoris noſtri; propter quas ille qui dudum antea exiſtebat, rerúmque omnium curam gerebat, ſerò tandem ad nos è cælo deſcendit: propter quas humanam induit naturam: propter quas denique ad mortem acceſſit: Cauſas præterea docens immortalis quæ ſubſecuta eſt vitæ, & reſurrectionis; nec cauſas ſolum, verùm etiam certiſſimas demonſtrationes & documenta perſpicua, his qui adhuc iſtis opus habent neceſſaria. Sed jam tempus eſt ut hujuſmodi ſermonem exordiamur. Qui cultum ſummi omnium Conditoris ac Rectoris Dei ad res ab illo creatas tranſtulerunt; & Solem, Lunam & reliquas mundi partes, primáque omnium rerum elementa, terram, aquam, aërem, ignem, pari cum eorum Opifice & Creatore vocabulo honorarunt; Deóſque appellarunt ea quæ nec fuiſſent unquam, nec ſubſtitiſſent, nec nomen ullum habuiſſent, niſi Dei ſermoni qui hujus mundi Opifex eſt, aſtitiſſent: ii parum differre mihi videntur ab his, qui eximiorum in Imperialibus palatiis operum Architectum prætermittentes; cameras & parietes, & varias in iiſdem picturas; aurata item lacunaria & lapidum ſculpturas ſummoperè admirantur, iiſque rebus laudem nomenque peritiæ artificis aſcribunt: cùm tamen non rebus illis quæ oculis cernuntur, ſed ſoli

Ezech. 18.

A προστίθησί γε τὸ αἴτιον, φάσκων. οὐ χρείαν
ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχον-
τες. καὶ οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτω-
λοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ. ἐνθένδε μόνῳ τῷ τὰ
θεῖα πεπαιδευμένῳ, τὰς αἰτίας ἐκμαθόντι
τῶν προκειμένων σπουδῆς, κρείττονι ἢ κατ' ἄν-
θρωπον ἐπιπνοίᾳ τῷ ἡμετέρῳ βασιλεῖ συνο-
μολογεῖν ἔπεισι, καὶ τοῦ τρόπου τὸ θεοσεβὲς ἀ-
ποθαυμάζειν, τήν τε περὶ τὸ μαρτύριον τῆς
σωτηρίου ἀθανασίας σπουδὴν οὐκ ἀθεεὶ γεγο-
νέναι πιστεύειν. ἐξ ἐπιπνοίας δὲ ἀληθῶς τοῦ κρείτ-
τονος, οὗ θεράπων ἀγαθὸς ἀγαθῶν ὑπηρέτης
B εἶναι σεμνύνεται. ταῦτά σοι βασιλεῦ μέγιστε
φίλτατα καὶ προσήγορα εἶναι ἀληθῶς πεπεισ-
μένος, τῶν σῶν φιλοθέων ἔργων τοὺς λόγους,
τὰς αἰτίας. ὁ παρών μοι λόγος τοῖς πᾶσιν ἐκ-
φῆναι βούλεται. ὑφερμηνευτής τις εἶναι τῆς
σῆς διανοίας, καὶ τῆς φιλοθέου ψυχῆς ἄγγελος
παρέχειν εὐχόμενος. διδάσκων πάντας ἃ δεῖ
καὶ προσήκει παιδεύεσθαι πάντας, ὅτῳ πόθος ἐστὶ
μανθάνειν τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ δυνά-
μεως τοὺς λόγους. δι' οὓς καὶ πάλαι προών, καὶ
τοῦ παντὸς ἐπιμελούμενος, ὀψέ ποτε οὐρανόθεν
εἰς ἡμᾶς κατήει. καὶ δι' οὓς φύσιν ἀνθρωπείαν
C ὑπεδύετο. καὶ δι' οὓς ἐπὶ τὸν θάνατον παρῄει· τάς
τε μετὰ ταῦτα ζωῆς ἀθανάτου, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν
ἀναβιώσεως τὰς αἰτίας. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ λο-
γικὰς ἀποδείξεις, ἐναργῆ τε διδάγματα τοῖς
εἰς ἔτι τούτων δεομένοις ἀναγκαῖα. ἀλλ' ἄγε
καὶ τούτων αὐτῶν ἐνθένδε ποθὲν ἀρξώμεθα.
οἱ τὸ σέβας τοῦ κοσμοποιοῦ καὶ παντηγεμόνος
Θεοῦ τῶν ὅλων, τοῖς πρὸς αὐτοῦ γεννηθεῖσιν ἀντι-
καταλλαξάμενοι, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τὰ
λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη, τά τε πρῶτα στοιχεῖα,
γῆν. ὕδωρ. ἀέρα. πῦρ, τῇ ἴσῃ προσηγορίᾳ τῷ
τούτων ποιητῇ καὶ δημιουργῷ τιμήσαντες. καὶ
D Θεοὺς ταῦτα προσειπόντες, ἃ οὐδαμῇ οὐδαμῶς
ἦν, οὐδ' ὑπῆρχεν ἂν οὐδ' ὠνόμαστο, εἰ μὴ τῷ κοσ-
μοποιῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ παρέστη. οὔ μοι δοκοῦσι
τούτων διαφέρειν, ὅσοι τὸν ἀρχιτέκτονα τῶν
ἐν τοῖς βασιλικοῖς οἴκοις μεγαλουργημάτων
παρορῶντες, ὀρόφους, καὶ τοίχους, καὶ τὰς ἐν τού-
τοις πολυχρώμους τε καὶ πολυανθεῖς γραφάς,
χρυσόρραφά τε δαιδάλματα καὶ λίθων γλυφὰς
ὑπερεκπλήττονται. τούτοις τε αὐτοῖς, τῆς τοῦ
τεχνίτου σοφίας ἀνατίθενται τὴν ἐπηγορίαν,
δέον μὴ τοῖς ὁρωμένοις, μόνῳ δὲ τῷ τούτων

ἀρχιτέκτονι τὴν τοῦ θαύματος ἐπιγράφειν αἰτίαν. καὶ Σοφίας ἔργα τὰ πολλὰ εἶναι ὁμολογεῖν, σοφὸν δ' ἐκεῖνον μόνον, τὸν δὴ τοῖς πολλοῖς τὰ τοιάδε εἶναι παρασχόντα αἰτίαν. νηπίων γοῦν κομιδῇ παίδων διαφέροιεν ἂν οὐδὲν, καὶ οἱ τῆς ἑπταχόρδου λύρας αὐτὸ δὴ τὸ μουσικὸν ὄργανον, ἀλλ' οὐ τὸν τῆς συντάξεως εὑρετήν τε καὶ ἐπιστήμονα, τῆς Σοφίας ἀποθαυμάζοντες. ἢ οἱ τὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἀριστέα παριόντες, τὸ δ' δόρυ καὶ τὴν ἀσπίδα ἐπινικίοις κοσμοῦντες στεφάνοις. ἢ οἱ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ τῷ τῆς μεγάλης καὶ βασιλικῆς παραιτίῳ πόλεως ἐξ ἴσου τιμῶντες, ἀγορὰς καὶ πλατείας, καὶ οἰκοδομήματα, τεμένη τε ἄψυχα καὶ γυμνάσια. δέον, μὴ λίθους, τὸν δὲ τῶν σοφῶν μεγαλουργὸν καὶ νομοθέτην, ὑπερεκπλήττεσθαι. κατὰ ταὐτὰ δὴ καὶ τοὺς τὸ σύμπαν τόδε σαρκὸς ὀφθαλμοῖς θεωμένους, οὔτε ἡλίῳ οὔτε σελήνῃ, οὔτ' ἄλλῳ τῶν κατ' οὐρανὸν ἀναθετέον τὴν αἰτίαν. Σοφίας δ' ἔργα τὰ πάντα προσῆκον ὁμολογεῖν. μνήμην ὁμοίως τοῦ τούτων ποιητοῦ καὶ δημιουργοῦ ποιουμένους, τιμᾶν τε καὶ σέβειν πρὸ παντὸς τιθεμένους τῶν ἄλλων. ἐκ δὲ τούτων αὐτῶν τῆς ὄψεως, τὸν μηκέτι σώματος ὀφθαλμοῖς, μόνῳ δὲ νῷ διαυγεῖ καὶ καθαρῷ νοούμενον, τὸν παμβασιλέα Θεοῦ λόγον, πάσῃ διαθέσει ψυχῆς θεολογεῖν τε καὶ προσκυνεῖν. ἐπεὶ καὶ ἀνθρώπου σώματι, οὐδεὶς πώποτε τοῦ σοφοῦ καὶ ἐπιστήμονος, ὀφθαλμοὺς ἢ κεφαλὴν ἢ χεῖρας. ἢ πόδας, ἢ τὰς λοιπὰς σάρκας. πολλοῦ δεῖ τοῦ τρίβωνος τὴν ἔξωθεν περιβολὴν, σοφίαν ἀνηγόρευσεν. οὐδὲ σοφὰ τῆς οἰκίας τὰ ἔπιπλα. οὐδὲ τοῦ φιλοσόφου τὰ ὑπηρετικὰ σκεύη. τὸν δ' ἀφανῆ καὶ ἀόρατον ἐν ἀνθρώπῳ νοῦν, πᾶς τις ἔμφρων θαυμάζει. ταύτῃ τοι καὶ μᾶλλον, παρὰ τῶν ὁρωμένων δαιδαλμάτων τοῦ σύμπαντος κόσμου, σωμάτων ὄντων καὶ ἐκ μιᾶς ὕλης πεποιημένων, τὸν ἀφανῆ καὶ ἀόρατον λόγον, τὸν δὴ τοῦ παντὸς εἰδοποιόν τε καὶ κοσμήτορα, ὑπερεκπληκτέον. ὄντα τοῦ Θεοῦ μονογενῆ. ὃν ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς, ὁ πάσης ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω οὐσίας, αὐτὸς ἐξ ἑαυτοῦ γεννήσας, ἡγεμόνα καὶ κυβερνήτην τοῦδε τοῦ παντὸς κατεστήσατο. ἐπεὶ γὰρ μὴ οἷόν τε ἦν τὴν ῥευστὴν τῶν σωμάτων οὐσίαν, τήν τε τῶν ἄρτι γενομένων λογικῶν φύσιν τῷ πανηγεμόνι Θεῷ πελάζειν, δι' ὑπερβολὴν τῆς ἀπὸ τοῦ

A perſuaſerat. Homines verò eò proceſſerunt amentiæ, ut cariſſima etiam pignora iiſdem immolarent: nec communi ſaltem parcerent naturæ: ſed quos unicos habebant liberos, præ furore & inſania jugularent. Enimvero quid furioſius excogitari unquam poteſt, quàm immolare homines, & univerſas civitates, ſuáſque ipſorum domos civili cæde contaminare. Annon Græci ipſi his rebus teſtimonium ſuum commodant? nonne harum rerum commemoratione omnis ſcatet hiſtoria. Saturno quidem Phœnices quotannis cariſſimos & unicos liberos mactabant. Eidem in inſula Rhodo die ſexto menſis Metagitnionis, homines immolabant. Item apud Salaminem, in Minervæ Agraulidis & Diomedis templo, moris erat ut vir quidam aliis ipſum perſequentibus aram ter circuiret: deinde Sacerdos lancea pectus ejus configeret; atq; ita hominem accenſo rogo impoſitum penitus concremaret. Sed & in Ægypto plurimæ hominum cædes perpetrabantur. Nam Heliopoli tres quotidie homines Junoni immolabantur: cujus rei atrocitatem Amoſis Rex animadvertens, eorum loco totidem cereos homines ſubſtitui juſſit. In inſula autē Chio, hominem Baccho Omadio ſacrificabant, itemq; in Tenedo. Lacedæmone quoq; humana hoſtia Marti immolabatur. Idem fiebat in Creta, ubi Saturno hominem ſacrificabant. Laodiceæ in Syria, virgo quotannis mactabatur Minervæ; cujus loco nunc cerva immolatur. Afri quoq; & Carthaginenſes humanis victimis Deos ſuos placabant. Dumateni quoque in Arabia quot annis puerum immolabant, quem ſub ara ſepelire conſueverant. Denique omnes Græcos antequam ad bellum proficiſcerentur, hominem immolare ſolitos docet hiſtoria. Thraces item & Scythæ idem feciſſe memorantur. Athenienſes etiam Lei filias virgines, & Erechthei filiam, apud ſe immolatas referunt. Jam verò in urbe Roma, die feſto Jovis Latiaris hominem hodieq; immolari quis ignorat? Atque hæc ita ſe habere, probatiſſimi Philoſophi teſtimonio ſuo confirmarunt. Quinetiam Diodorus, qui compendium bibliothecarum compoſuit, ducentos præcipuè nobilitatis pueros ab Afris publicè Saturno immolatos refert; trecentos autem alios, ultrò totidem numero filios immolandos obtuliſſe. Dionyſius verò qui res geſtas populi Romani Scriptis pro-

A καὶ θνητῶν πάθεσί τε καὶ θανάτοις ἐπεπήγεσαν. οἵδ᾽ εἰς τοσοῦτον ἤλαυνον ἀνοίας, ὡς καὶ τὰ φίλτατα θύειν αὐτοῖς, μὴ δὲ φειδὼ ποιεῖσθαι τῆς φύσεως, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ τὰ μονογενῆ καὶ ἀγαπητὰ τῶν τέκνων, μανίᾳ καὶ διανοίας ἐκστάσει κατασφάττειν· καὶ τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτου μανικώτερον, θύειν, ἀνθρώπους. καὶ τὰς πόλεις ἁπάσας καὶ τοὺς αὐτῶν οἴκους, ἐμφυλίοις μολύνειν φόνοις· ἢ οὐ ταῦτα ἑλλήνων παῖδες μαρτυροῦσι, καὶ πᾶσα γε ἡ ἱστορία τῆς τούτων μνήμης πεπλήρωται; κρόνῳ μὲν γὰρ φοίνικες καθ᾽ ἕκαστον ἔτος, ἔθυον τὰ ἀγαπητὰ καὶ μονογενῆ τῶν τέκνων. τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν ῥόδῳ μηνὸς μεταγειτνιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου ἀνθρώπους ἔσφαττον· ἐν δὲ σαλαμῖνι ὑφ᾽ ἕνα περίβολον ἀθηνᾶς ἀγραυλίδος καὶ διομήδους ἐλαυνόμενός τις ἀνὴρ, τρὶς περιέθει τὸν βωμόν. ἔπειτα ὁ ἱερεὺς αὐτὸν λόγχῃ ἔπαιε κατὰ τοῦ στομάχου, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τὴν νησθεῖσαν πυρὰν ὡλοκαύτιζεν· ἐγίγνοντο καὶ ἐπὶ τῆς αἰγύπτου πλεῖσται ὅσαι ἀνθρωποκτονίαι. ἐθύοντό τε τῇ ἥρᾳ ἐν ἡλίου πόλει, τῆς ἡμέρας τρεῖς, ἀνθ᾽ ὧν ἄμωσις ὁ
C βασιλεὺς τὸ δεινὸν συνιδὼν, κηρίνους τοὺς ἴσους ἐκέλευσεν ἐπιτίθεσθαι· καὶ ἐν χίῳ δὲ τῷ ὠμαδίῳ διονύσῳ, ἄνθρωπον διασπῶντες ἔθυον. καὶ τενέδῳ δὲ ὡσαύτως· ἐν δὲ λακεδαίμονι τῷ ἄρει τὴν δι᾽ ἀνθρώπων ἐτέλουν θυσίαν. καὶ ἐν κρήτῃ δὲ αὐτὸ τοῦτο ἔπραττον. ἀνθρωποθυτοῦντες τῷ κρόνῳ. ἀθηνᾷ δὲ παρθένος κατ᾽ ἔτος ἐθύετο ἐν λαοδικείᾳ τῆς συρίας. νῦν δὲ, ἔλαφος· ἀλλὰ καὶ λίβυες καὶ καρχηδόνιοι, ταῖς ἀνθρωπίναις θυσίαις τοὺς ἑαυτῶν ἱλεοῦντο Θεούς. καὶ δουματηνοὶ δὲ τῆς ἀρραβίας, καθ᾽ ἕκαστον ἔτος ἔθυον παῖδα, ὃν ὑπὸ τὸν βωμὸν ἔθαπτον. κοινῇ δὲ
D πάντας ἕλληνας, πρὶν ἐπὶ πολέμους ἐξιέναι, ἀνθρωποκτονεῖν ἡ ἱστορία διδάσκει. θρᾶκάς τε καὶ σκύθας ὁμοίως. ἀθηναῖοι δὲ τὰς λεὼ κόρας καὶ τὴν ἐρεχθέως θυγατέρα σφαγιασθείσας μνημονεύουσιν. ἀλλ᾽ ἔτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν, τῇ τοῦ λατιαρίου διὸς ἑορτῇ σφαγιαζόμενον ἄνθρωπον; ταῦτα μὲν φιλοσόφων οἱ καὶ δοκιμώτατοι, μεμαρτυρήκασιν οὕτως ἔχειν· διόδωρος δὲ ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμὼν, φησὶ τῷ κρόνῳ διακοσίους τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων, δημοσίᾳ θῦσαι τοὺς λίβυας. οὐκ ἐλάττους δὲ ἐπιδοῦναι τῇ θυσίᾳ τριακοσίους ἑτέρους· ὁ δὲ τῆς ῥωμαϊκῆς ἱστορίας συγ-

γραφεὺς Διονύσιος, ὀνομαστὶ αὐτὸν τὸν Δία καὶ
τὸν Ἀπόλλωνα, αἰτῆσαι ἀνθρωποθυσίας ἐν Ἰτα-
λίᾳ, παρὰ τῶν καλουμένων Ἀβοριγινῶν. τοὺς ἀ-
πηθέντας οὖν φησὶ, καρπῶν μὲν ἁπάντων τὸ λά-
χος ἀποθῦσαι τοῖς θεοῖς. ὅτι δὲ μὴ καὶ ἀνθρώ-
πους ἔθυσαν, παντοίαις περιπεσεῖν συμφοραῖς·
καὶ μὴ πρότερόν τε κακῶν παῦλαν σχεῖν, ἢ δεκα-
τεῦσαι ἑαυτοὺς· οὕτω δ' οὖν ἀνθρώπων δεκάτας
ἀφαιρουμένους τε καὶ θύοντας, ἐρημίας αἰτίους
γενέσθαι τῇ χώρᾳ. τοσούτοις κακοῖς τὸ πᾶν τῶν
ἀνθρώπων γένος κατετρύχετο πρότερον. οὐκ
ἤρκει δ' ἐπὶ τούτοις τὸ κακῶς πράττειν. μυρίαις B
δὲ καὶ ἄλλαις ἀνηκέστοις καταδεδούλωτο συμ-
φοραῖς· ὁμοῦ γὰρ τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη,
Ἑλληνά τε καὶ Βάρβαρα, ὡς ὑπὸ δαιμονικῆς
ἐνεργείας οἰστρούμενα, δεινῇ καὶ χαλεπωτάτῃ
νόσῳ διεστασίαζε. τῷ ἄμικτον εἶναι καὶ ἀκαταλ-
λακτον αὐτὸ πρὸς ἑαυτὸ τὸ τῶν ἀνθρώπων γέ-
νος. ὧδε κἀκεῖσε τοῦ μεγάλου σώματος τῆς κοι-
νῆς φύσεως διεσπασμένου. ἐφ' ἑκάστῃ τε γω-
νίᾳ γῆς ἀποστατούντων ἀνθρώπων, καὶ νόμοις καὶ
πολιτείαις διαμαχομένων ἀλλήλοις. καὶ οὐ τοῦ-
το μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξαγριουμένων, πυκναῖς ταῖς
κατ' ἀλλήλων ἐπαναστάσεσιν. ὡς τ' ἀεὶ καὶ διὰ
παντὸς τοῦ βίου, μάχαις ταῖς κατ' ἀλλήλων
καὶ πολέμοις σχολάζειν. μὴ ἐξεῖναί τέ ποι τῷ C
βουλομένῳ στέλλεσθαι, μὴ πολεμίου τρόπον κα-
θωπλισμένῳ. κατ' ἀγρούς τε καὶ κατὰ κώμας, ξι-
φοφορεῖν τοὺς γεωπόνους. καὶ μᾶλλον τῶν πρὸς
γεωργίαν ὀργάνων, τὰς ἐνόπλους κεκτῆσθαι
παρασκευάς. τό τε λῄζεσθαι καὶ ἀνδραποδί-
ζεσθαι τοὺς ἐκ γειτόνων, ἐπ' ἀρετῆς τίθεσθαι μέ-
γα. καὶ οὐ τοῦτο μόνον. ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν ὧν ἐλο-
γοποίησαν περὶ τῶν οἰκείων Θεῶν, αἰσχρᾶς καὶ
παρανόμου ζωῆς ἐφόδια προσλαβόντες, παν-
τοίοις τρόποις ἀκολασίας, ὁμοῦ τοῖς σώμασι, D
καὶ τὰς αὐτῶν ψυχὰς προσδιέφθειραν· καὶ οὐ
τοῦτο μόνον. ἀλλὰ καὶ τοὺς ὅρους ὑπερβάντες τῆς
φύσεως, ἐπέκεινα ἐχώρουν ἀρρητοποιΐας τε καὶ
ταῖς ἀκοαῖς ἄπιστα κατ' ἀλλήλων ἐμπαροινοῦν-
τες. ἄρρενές τε ἐπ' ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην
κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει
τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνον-
τες, ᾗ φασὶν ἱεροὶ λόγοι· καὶ οὐ τοῦτο μόνον. ἀλ-
λὰ καὶ τὰς περὶ Θεοῦ φυσικὰς ἐννοίας πα-
ρατρέψαντες, ἀπρονόητα μὲν καὶ ἀνεπιτρό-
πευτα, τὰ τῇδε πάντα ἡγοῦντο. ἀλόγῳ δὲ καὶ αὐ-

Adidit, ipſum nominatim Jovem & Apollinem in Italia poſtulaſſe ſcribit ab iis qui Aborigines dicebantur, ut homines immolarent: Iſtos verò à quibus id poſtulatum fuerat, omnium quidem fructuum partem Diis ſacrificaſſe: ſed quoniam homines quoque immolare ſuperſediſſent, in maximas calamitates incidiſſe; nec his malis prius eſſe liberatos, quàm ſeipſos decimaſſent. Ita cùm hominum decimas perſolvere ac ſacrificare compellerentur, ipſos regionem ſuam vacuam ac deſertam ab incolis præſtitiſſe. Tot ac tantis calamitatibus humanum genus antea premebatur. Nec tamen ejuſmodi infelicitas ſola erat: ſed præterea infinitis aliis, iiſque acerbiſſimis malis atterebatur. Omnes enim nationes quæ per orbem terrarum diſperſæ ſunt, tam Græcorum quàm Barbarorum, veluti dæmonum impulſu concitatæ, graviſſimo ſeditionis morbo concuſſæ ſunt: adeò ut humanum genus nulla inter ſe communione aut concordia jungeretur; communi naturę corpore hinc inde divulſo; & per ſingulos fere orbis angulos disjunctis hominibus, & ob legum atque inſtitutorum diſcrepantiam inter ſe decertantibus. Neque id ſolum; verùm etiam crebris motibus efferati, ſeipſos mutuò appetebant: adeò ut bellis aſſiduè & prœliis inteſtinis diſtricti, ætatem agerent; nec quiſquam auderet niſi hoſtilem in modum armatus, peregrè proficiſci. Quinetiam per agros & vicos, gladiis cincti erant agricolæ, & arma potius quàm inſtrumenta ad culturam agrorum neceſſaria ſibi comparabant; virtutiſque loco ducebant, latrocinari & ex vicinis locis captos in ſervitutem abducere. Neque his contenti; ex fabulis quas de Diis confixerant, turpis ac ſceleratæ vitæ occaſionem arripientes, corpora ſimul atque animos omni intemperantiæ genere corruperunt. Neque verò his acquieverunt; ſed ipſos naturæ terminos prætergreſſi, longius proceſſere; nefanda quædam & auditu incredibilia in ſeipſos flagitia perpetrantes. Maſculi enim in maſculos turpitudinem operati ſnnt; & mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis receperunt, ut ſacræ loquuntur literæ. Ac ne his quidem contenti, notiones etiam de Deo ſibi à natura inditas depravarunt. Et res quidem humanas nullius cura ac providentia regi exiſtimarunt; ca-

ſui autem fortuito ac temerario, & fatali neceſſitati, univerſi hujus ortum conſtitutionemq; tribuerunt. Neq; hîc finem facientes; ſuos etiam animos unà cum corporibus interire arbitrati, belluinam quandam ac minimè vitalem vitam agere inſtituerunt; non animi naturam perſcrutantes, nec divini judicii exſpectantes tribunal, nec virtutis præmia, nec injuſtæ vitæ parata ſupplicia animo revolventes. Quinetiam integræ gentes variis nequitiæ generibus mancipatæ, ferina quadam vivendi ratione, quaſi diuturno morbo contabeſcebant. Alii enim nefario & maximè illegitimo concubitu cum matribus miſcebantur: alii ſorores ſuas in matrimonium ducebant: alii filias vitiabant. Ac nonnulli quidē peregrinos qui ad ipſos advenerant, obtruncabant. Quidam humanis carnibus veſcebantur: quidam etiam ſeniorib⁹ laqueo gulam frangentes, eoſdem poſtea devorabant: alii deniq; eos adhuc vivos, canibus laniandos objicere conſueverant. Dies me deficeret, ſi univerſa mala veteris illius morbi qui totum genus humanum oppreſſerat, commemorare nunc vellem. Hæc igitur ſunt aliaq; his ſimilia prope infinita, ob quæ clementiſſimus Dei ſermo rationalis gregis licet ſibi repugnantis vicem miſeratus; olim quidem per Prophetas ſuos, & longè antea per quoſdam Deo amabiles viros; deinde verò per alios qui poſtea celebres exſtiterunt, eos qui deplorati erant ac perditi, legibus ſuis & hortationibus variis ac præceptionibus ad recuperandam valetudinem excitavit: hujuſmodi principia ac fundamenta divini cultus in animis mortalium præſtruens. Sed cùm hominum genus nō jam humano auxilio, ſed prǣſtantiore vi ac potentia indigeret; quippe quod vago errore hâc illac circumferretur, & crudeliſſimè diſcerperetur non à lupis & feris beſtiis, verùm à teterrimis dæmonibus, & diris ſpiritibus qui animos perdunt: tandem ipſe Dei ſermo optimi Patris voluntati obtemperans, lubentiſſimè ad nos venit, & noſtra ingreſſus eſt caſtra. Cauſæ porrò ejus in terras adventus, eæ fuere quas ſuprà memoravi. Ob quas omnes ille ad mortalium cœtus & colloquia deſcendens, non id quod familiare & uſitatum ipſi erat præſtitit; quippe qui expers eſſet corporis, & univerſum mundum occulta quadam & inviſibili ratione permearet, cunctiſque tam cæli quàm terrarum incolis

A τομάτῳ φύσει, εἱμαρμένης τε ἀνάγκῃ τὴν τοῦ παντὸς οὐσίωσίν τε καὶ σύστασιν ἀνετίθεσαν. οὐ τοῦτο μόνον. ἀλλὰ καὶ τὰς σφῶν ψυχὰς αὐτοῖς συνδιαφθείρεσθαι τοῖς σώμασιν ὑπολαμβάνοντες, θηριώδη ζωὴν καὶ βίον ἀβίωτον διῆγον. οὐ ψυχῆς οὐσίαν διερευνώμενοι, οὐ θείας κρίσεως δικαιωτήρια προσδοκῶντες, οὐκ ἀρετῆς ἔπαθλα, οὐκ ἀδίκου βίου τιμωρίας ὑποβαλλόμενοι· ἤδη δὲ καὶ ὅλα ἔθνη πολυτρόποις κακίας εἴδεσι, θηριωδῶς κατετήκοντο βίῳ, οἱ μὲν μητράσι μιγνύμενοι μίξιν ἔκθεσμον καὶ
B παρανομωτάτην. οἱ δὲ τὰς ἀδελφὰς αὐτῶν γαμοῦντες. οἱ δὲ τὰς αὐτῶν θυγατέρας διαφθείροντες· καὶ οἱ μὲν, τοὺς ἐπιδημοῦντας ξένους κατασφάττοντες. οἱ δὲ καὶ κρεῶν ἀνθρωπίνων ἀπογευόμενοι. οἱ δ' ἀγχόνῃ τοὺς γεγηρακότας ἀποπνίγοντες, κἄπειτα τούτοις ἑστιώμενοι· οἱ δὲ κυσὶν ἔτι ζῶντας παραβάλλοντες. ἐπιλείποι με ὁ χρόνος, τὰ πάντα τῆς παλαιᾶς νόσου, τῆς δὴ τὸ πᾶν τῶν ἀνθρώπων γένος κεκρατηκυίας διηγούμενον. Ταῦτα καὶ ἀδελφὰ τούτοις μυρία. ὧν δὴ χάριν ὁ φιλάνθρωπος τοῦ Θεοῦ λόγος, τῆς ἐν ἀνθρώποις λογικῆς ἀγέλης
C οἶκτον λαβὼν, πάλαι μὲν διά τινων αὐτοῦ προφητῶν, καὶ ἔτι πρότερον δι' ἑτέρων θεοφιλῶν ἀνθρώπων, καὶ μετὰ τούτους διὰ τῶν μετέπειτα γνωρίμων, ἐπὶ τὴν σφῶν θεραπείαν ἀνεκαλεῖτο τοὺς ἀπεγνωσμένους. νόμοις καὶ παραινέσεσι ποικίλαις, διδασκαλίαις τε παντοίαις, προοίμια αὐτὰ καὶ στοιχεῖα θεοσεβείας εἰς ἀνθρώπους καταβαλλόμενος· ὡς δὲ οὐκ ἀνθρωπείας δυνάμεως, κρείττονος δὲ ἢ κατ' ἄνθρωπον ἐδεῖτο βοηθοῦ τὸ θνητὸν γένος τῇδε κἀκεῖσε πλανώμενον, ἀφειδῶς τε σπαραττόμενον. οὐχ ὑπὸ λύκων καὶ θηρίων ἀτιθάσων, δεινῶν δὲ καὶ ἀγρίων ὑπὸ δαιμόνων καὶ πνευ-
D μάτων ἀπηνῶν καὶ ψυχοφθόρων, ἧκε λοιπὸν ἡμῖν αὐτὸς μάλα προθύμως, καὶ παρῆν εἰς τὰς ἡμετέρας παρεμβολὰς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, τῷ πατρὸς παναγάθου πειθαρχῶν νεύματι. αἰτίας τὴν αὐτοῦ τῆς ἐνταυθοῖ παρουσίας, τὰ δεδηλωμένα· ὧν δὴ ἕνεκα πάντων εἰς θνητῶν ὁμιλίας παριὼν, οὐχ ὅπερ αὐτῷ συνήθες ἦν τοῦτ' ἔπραττεν. ἀσωμάτῳ μὲν ὄντι καὶ τὸν ἅπαντα κόσμον ἀφανῶς ἐπιπορευομένῳ, ἔργοις δ' αὐτοῖς οὐρανίοις τε καὶ τοῖς κατὰ γῆν τὰς αὐτοῦ

μεγα-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

μεγαλουργίας ἐκφαίνοντι. καινοτέρῳ δὲ καὶ τὸν συνήθη παραλλάττοντι τρόπῳ· δι' ὀργάνου γὰρ τοῦ θνητοῦ τὰς πρὸς τοὺς θνητοὺς ὁμιλίας τε καὶ διατριβὰς ἐποιεῖ, τὸ θνητὸν διὰ τοῦ ὁμοίου σῶσαι προῃρημένος. Φέρε δὴ μετὰ ταῦτα, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ὀργάνῳ σώματι χρησάμενος εἰς ἀνθρώπων διατριβὰς παρῄει ὁ ἀσώματος τοῦ Θεοῦ λόγος, διεξείπωμεν. καὶ πῶς ἂν ἄλλως θεία καὶ ἀναφής, ἄϋλός τε καὶ ἀόρατος οὐσία, τοῖς ἐν γενέσει τὸν Θεὸν καὶ ἐπὶ γῆς κάτω ζητοῦσιν, ἄλλως πως οὐ δυναμένοις ἢ μὴ βουλομένοις, τὸν τῶν ἁπάντων γενεσιουργόν τε καὶ ποιητὴν ἐποπτεύειν, ἢ δι' ἀνθρωπείου σχήματός τε καὶ εἴδους, ἑαυτὴν ἔφηνεν· ὅθεν δι' ὀργάνου θνητοῦ καταλλήλου βοηθήματος, τοῖς θνητοῖς εἰς ὁμιλίαν κατῄει, ὅτι δὴ τοῦτ' αὐτοῖς φίλον ἦν· τὰ ὅμοια γοῦν φασὶ τοῖς ὁμοίοις φίλα· τοῖς δῆτα χαίρουσι τῇ τῶν ὁρωμένων αἰσθήσει, ἐν ἀγάλμασί τε καὶ ξοάνων ἀψύχων γλυφαῖς θεοὺς ἀναζητοῦσιν, ἐν ὕλῃ τε καὶ σώματι τὸ θεῖον εἶναι φανταζομένοις, θνητοὺς δὲ ἄνδρας Θεοὺς ἀναγορεύουσι, κατὰ ταῦτά πῃ ἑαυτὸν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐδείκνυ· διὸ δὴ νεὼν πανάγιον αὐτὸς ἑαυτῷ σωματικὸν ὄργανον κατεσκευάσατο. λογικῆς δυνάμεως αἰσθητικὸν οἰκητήριον. ἄγαλμα σεμνὸν καὶ πανίερον, ξοάνου παντὸς ἀψύχου προτιμότερον· τὸ μὲν γὰρ ἐξ ὕλης ἀψύχου δείκηλον, χερσὶ βαναύσων ἀνδρῶν ἐν εἰκόνι χαλκοῦ καὶ σιδήρου, χρυσοῦ τε καὶ ἐλέφαντος, λίθων τε καὶ ξύλων ἐν ὕλῃ τετεχνασμένον, προσφυὲς ἂν εἴη δαιμόνων οἰκητήριον· τὸ δ' ἔνθεον ἄγαλμα σοφίας ἐνθέου δυνάμει πεποικιλμένον, ζωῆς μετεῖχε καὶ νοερᾶς οὐσίας. ἄγαλμα πάσης ἀρετῆς ἔμπλεων. ἄγαλμα θεοῦ λόγου οἰκητήριον, νεώς τε ἅγιος ἁγίου θεοῦ. οὗ δὴ ἔνοικος λόγος, θνητοῖς μὲν διὰ τοῦ συγγενοῦς συνῆν τε καὶ ἐγνωρίζετο. οὐ μὴν ὑπέπιπτε ταῖς ὁμοιοπαθείαις. οὐδ' ἀνθρώπου ψυχῆς τρόπον, τῷ σώματι κατεδεσμεῖτο. οὐδέ γε χείρων αὐτὸς ἑαυτοῦ γενόμενος τῆς οἰκείας θεότητος μετεβάλλετο. ὡς γὰρ οὐδ' ἡλίου φωτὸς πάθοιεν τι ἀκτῖνες, τὰ πάντα πληροῦσαι, καὶ σωμάτων νεκρῶν καὶ οὐ καθαρῶν ἐφαπτόμεναι. ταύτῃ πολὺ πλέον ἡ ἀσώματος

A potentiæ ſuæ magnitudinem operibus ipſis declararet. Sed novo quodam & inuſitato agendi modo uſus eſt. Mortali enim corpore aſſumpto, cum mortalibus colloqui & verſari dignatus eſt; eo conſilio, ut mortalium genus per ſui ſimile ſervaret. Nunc verò quam ob cauſam incorporeus Dei ſermo, corpore velut inſtrumento quodam aſſumpto ad homines acceſſerit, exponamus. *Caput XIV.* Quanam porrò alia ratione, divina ſubſtantia quæ materiæ expers eſt, nec ſub tactum aut aſpectum cadit, Deum in B materia & deorſum humi quærentibus ſeipſam poterat oſtendere? præſertim cùm omnium rerũ ſatorem & effectorem, aut nollent aut certè non poſſent inſpicere, niſi ſeipſum ſub humana formaac ſpecie videndum prębuiſſet. Itaq; aſſumpto mortali corpore velut aptiſſimo inſtrumento, cum hominibus congreſſus eſt, quoniam id illis familiare acceptumq; erat. Simile enim ſimili gaudet, ut vulgari fertur proverbio. His ergo qui oculorum ſenſu ducebantur, & qui in ſtatuis & ſimulacrorum ſenſu carentium ſculpturis divinitatem quære- C bant; quiq; in materia & in corporibus divinumNumen ineſſe ſibi perſuaſerãt; homines deniq; mortales Deorum nominibus appellabant; eo modo Dei ſermo ſemetipſum oſtendit. Hac de cauſa inſtrumentum corporis ſibimet ipſe apparavit, velut ſacroſanctum quoddam templum, & rationalis facultatis ſenſibile domicilium: ſimulacrum planè auguſtum & ſacrum, omniq; inanimatą ſtatua longè præſtantius. Nam hæ quidem utpote imagines ex materia ſenſus experte, ære videlicet ac ferro; auro vel ebore; ligno vel lapidibus, vilium artificum manibus elaboratæ, aptiſſimũ præ- D bent dæmonib⁹ domicilium. Illud verò divinum ſimulacrum omnipotente induſtria divinę ſapientiæ expolitum, vitę & intellectualis ſubſtãtiæ particeps fuit. Simulacrum plenum omni genere virtutis, ipſiuſq; Dei ſermonis domicilium, & Dei ſanctiſſimi ſacroſanctum delubrum. In quo Dei ſermo inhabitans, cũ ipſis quidem mortalibus per inſtrumentum quod ipſis familiare & cognatum erat, ſimul verſatus & ab iiſdem agnitus eſt: non tamen iiſdem quibus illi affectibus ſuccubuit; nec quemadmodum humanus animus, corporis vinculis adſtrictus eſt; nec ſeipſo deterior factus, divinitatem propriam immutavit. Nam ut Solis radii qui omnia complent, & qui cadavera aliáque contingunt corpora, nihil tamen inde patiuntur: ſic, & multò etiam

magis, incorporea divini ſermonis potentia, nec patitur quicquam, nec detrimentum ſubſtantiæ ſuæ ſentit, nec deterior unquam ſeipſa exiſtit, ubi ipſa quæ ſpiritualis eſt, corpus attigerit. In hunc igitur modum communis omnium Servator, beneficum ſe ac ſalutarem omnibus præſtitit; non aliter ac muſicus quidam per inſtrumentum corporis humani quod aſſumpſerat, velut per lyrã quãdam, artis ſuæ peritiam oſtendens. Orpheum quondam omnia beſtiarũ genera cantu deliniiſſe, & inſtrumenti fidibus plectro percuſſis belluarum immanium furorem mitigaſſe, Græcorum fabulæ narrant. Atq; id paſſim & canitur à Græcis, & verum eſſe creditur, lyram ſcilicet animæ expertem feras manſuefeciſſe, & quercus ſuavitate cãtus delinitas immutaſſe. Verùm ſapientiſſimus omniſq; harmoniæ peritiſſimus Dei ſermo, cùm hominum animis multiplici improbitate corruptis omne curationis genus adhiberet, ſumpto in manus inſtrumento muſico à ſua ipſius ſapientia fabricato, humanâ ſcilicet naturâ, eo inſtrumento cantica & quaſi incantamenta quędam, non brutis, ut ille, ſed ratione prçditis animantibus inſonuit, moreſq; omnium tam Grçcorum quàm Barbarorũ manſuefecit; & feroces ac belluinas animorum perturbationes, cæleſtis doctrinæ remediis perſanavit. Et tanquam præſtantiſſimus quidam Medicus, languentibus hominum animis qui Deum in materia & in corporibus perveſtigabant, cognatum & familiare adhibens medicamentum; Deum in homine ſpectandum exhibuit. Poſthæc verò cùm corporum non minus quàm animorum curam gereret, ſtupenda quędam miracula, & divina prodigia, & omnipotentiæ ipſius opera, oculis corporeis cernere licebat. Interim verò auribus corporeis ſalutaria præcepta ipſe ore ac linguâ corporeâ inſuſurrare non deſtitit. Cuncta denique per hominem quem aſſumpſerat, geſſit, eorum causâ qui non aliter, ſed ea ſola ratione divinitatem ipſius agnoſcere poterant. Atque hæc ille patris ſui conſiliis obtemperans adminiſtravit, idem ſemper manens qui antea erat apud patrem: non immutatâ ſubſtantiâ, nec amiſsâ naturâ; nec carnis vinculis conſtrictus; nec in eo quidem loco in quo humanum ipſius vaſculum verſabatur, conſiſtens; alibi verò adeſſe nequaquam valens. Sed eo ipſo tempore quo inter homines verſabatur, præſentiâ ſuâ univerſa complebat, eratque

A τοῦ Θεοῦ λόγου δύναμις, οὔτ' ἂν πάθοι τὴν οὐσίαν, οὔτ' ἂν βλαβείη. οὐδ' ἂν χείρων ποτὲ αὐτῆς γένοιτο, σώματος ἀσωμάτως ἐφαπτομένη. οὕτω δῆτα ὁ κοινὸς ἁπάντων σωτὴρ εὐεργετικὸν ἑαυτὸν τοῖς πᾶσι καὶ σωτήριον παρέσχε. δι' ὀργάνου οὗ προὐβέβλητο ἀνθρώπου, οἷά τις μουσικὸς ἀνὴρ διὰ τῆς λύρας τὴν σοφίαν δεικνύμενος. Ὀρφέα μὲν δὴ μῦθος ἑλληνικὸς, παντοῖα γένη θηρίων θέλγειν τῇ ᾠδῇ, ἐξημεροῦν τε τῶν ἀγρίων τοὺς θυμοὺς, ἐν ὀργάνῳ B πλήκτρῳ κρουομένων χορδῶν, παραδίδωσι· τοῦθ' ἑλλήνων ᾄδεται χορῷ, καὶ πιστεύεται ἄψυχος λύρα τιθασεύειν τοὺς θῆρας. ἤδη καὶ τὰ δένδρα τὰς φηγοὺς μεταβάλλειν, μουσικῇ εἴκοντα. τοιγαροῦν ὁ πάνσοφος καὶ παναρμόνιος τοῦ Θεοῦ λόγος, ψυχαῖς ἀνθρώπων πολυτρόποις κακίαις ὑποβεβλημέναις, παντοίας θεραπείας προβαλλόμενος, μουσικὸν ὄργανον χερσὶ λαβὼν αὐτοῦ ποίημα σοφίας τὸν ἄνθρωπον, ᾠδὰς καὶ ἐπῳδὰς διὰ τούτου λογικοῖς ἀλλ' οὐκ ἀλόγοις θηρσὶν ἀνεκρούετο. πάντα τρόπον ἀνήμερα C ἑλλήνων τε καὶ Βαρβάρων, πάθη τε ἄγρια καὶ θηριώδη ψυχῶν, τοῖς τῆς ἐνθέου διδασκαλίας φαρμάκοις ἐξιώμενος. καὶ νοσούσαις γε ψυχαῖς ταῖς τὸ θεῖον ἐν γενέσει καὶ σώμασιν ἀναζητούσαις, οἷά τις ἰατρῶν ἄριστος, συγγενεῖ καὶ καταλλήλῳ βοηθήματι θεὸν ἐν ἀνθρώπῳ παρίστη· κἄπειτα σωμάτων οὐχ ἧττον ἢ ψυχῶν ἐπιμελόμενος, σαρκὸς μὲν ὀφθαλμοῖς ἦν ὁρᾶν θαύματα τὰ παράδοξα καὶ θεϊκὰς τερατείας τε καὶ δυνάμεις· ἀκοαῖς δὲ πάλιν σαρκὸς, τὰς διὰ D γλώττης καὶ σαρκὸς ὑπήχει διδασκαλίας. πάντα δ' ἐπετέλει δι' οὗ ἀνείληφεν ἀνθρώπου, τοῖς οὐκ ἄλλως ἢ μόνως οὕτως τῆς τοιαύτης θεότητος συναισθέσθαι δυναμένοις· καὶ ταῦτα ταῖς πατρικαῖς βουλαῖς διηκονεῖτο, μένων αὐτὸς πάλιν αὐτὸς, οἷος καὶ πρὸ τούτου παρὰ τῷ πατρὶ ἦν. οὔτι μεταβαλὼν τὴν οὐσίαν. οὐδ' ἀφανισθείσης τῆς αὐτοῦ φύσεως. οὐδέ γε τοῖς τῆς σαρκὸς δεσμοῖς πεδηθείς· οὐδ' ὧδε μὲν ἔνθα ἦν ἀνθρώπειον σκεῦος, τὰς διατριβὰς ποιούμενος, ἐν ἑτέροις δ' εἶναι τοῦ παντὸς κεκωλυμένος· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν ᾧ τότε καθ' ὃν ἐν ἀνθρώποις ἐπολιτεύετο, τὰ πάντα ἐπλήρου, καὶ τῷ πατρὶ

συνῆν. καὶ ἐν αὐτῷ γε ἦν, καὶ τῶν πάντων ἀθρόως ἐν τῷ τότε, τῶν τε κατ' οὐρανὸν καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἐπεμέλετο. οὐδαμῶς τῆς πανταχόσε παρουσίας, ὁμοίως ἡμῖν ἀποκλειόμενος, οὐδὲ τὰ θεῖα πράττειν συνήθως παραποδιζόμενος. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐξ αὐτοῦ παραδιδοὺς τῷ ἀνθρώπῳ, τὰ δ' ἐκ τοῦ θνητοῦ μὴ ἀντιλαμβάνων· καὶ τῆς μὲν ἐνθέου δυνάμεως τῷ θνητῷ χορηγῶν. τῆς δ' ἐκ τοῦ θνητοῦ μετουσίας, μὴ ἀντεπαρυόμενος· οὔκουν ἐμολύνετο τικτομένου τοῦ σώματος. οὐδὲ τὴν οὐσίαν ἔπασχεν ὁ ἀπαθὴς, τοῦ θνητοῦ πάλιν αὐτῷ διαιρουμένου· ἐπεὶ μηδ' ἢ τῆς λύρας εἰ οὕτω τύχοι κοπτομένης, ἢ τῶν χορδῶν διασπωμένων, πάσχειν εἰκὸς τὸν ἀνακρουόμενον· οὐδέ γε σοφοῦ τινὸς ἀνδρὸς τιμωρουμένου σώματος, τὴν ἐν τῷ σοφῷ σοφίαν, ἢ τὴν ἐν τῷ σώματι ψυχὴν ἀποκόπτεσθαι ἢ καίεσθαι, φαίημεν ἂν εἰκότως· ταύτῃ τε πολὺ πλέον, οὐδὲ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν βλάβος τι ἐκ τῶν τοῦ σώματος παθῶν ἀποφέρεσθαι, φάναι εὔλογον. ὅτι μηδὲ τὸ τοῦ φωτὸς ἡμῖν ὑπόδειγμα, χραίνεσθαι τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἐπὶ γῆς οὐρανόθεν ἐκπεμπομένας, πηλοῦ τε καὶ βορβόρου καὶ μιασμοῦ παντὸς ἐφαπτομένας, συγχωρεῖ· φωτίζεσθαι μὲν γὰρ καὶ ταῦτα ἐκ τῶν τοῦ φωτὸς αὐγῶν οὐδὲν ἂν κωλύοι λέγειν. τὸ δέ γε μὴν φῶς, οὐκέτι πηλοῦσθαι, οὐδὲ τὸν ἥλιον μολύνεσθαι ἐκ τῆς τῶν σωμάτων ἐπιμιξίας. καὶ μὴν ταῦτά γε τῆς φύσεως οὐκ ἂν εἴη ἀλλότρια· ὁ δέ γε σωτὴρ καὶ ἀσώματος τοῦ Θεοῦ λόγος, αὐτοζωὴ τυγχάνων καὶ αὐτοφῶς νοερὸν, παντὸς οὗ ἂν ἐφάψαιτο ἐνθέῳ καὶ ἀσωμάτῳ δυνάμει, ζῆν τοῦτο ἀνάγκη καὶ ἐν λογικῷ διάγειν φωτί. ταύτῃ τοι καὶ σώματος, οὗ ἂν ἐφάψαιτο, ἡγίασαι τοῦτο καὶ πεφωτίσαι. καὶ αὐτίκα πᾶσά γε νόσος αὐτῷ καὶ ἀῤῥωστία καὶ πάθος ὑπεξίσταται· ἀντιλαμβάνει δὲ τῆς ἐξ αὐτοῦ πληρώσεως, τὰ ἐν στερήσει. διὸ δὴ τὸν πάντα βίον ταύτῃ πῃ διετέλει. τοτὲ μὲν, τοῦ σωματικοῦ ὀργάνου τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοιοπάθειαν ὑποδεικνύς. τοτὲ δὲ, τὸν Θεὸν λόγον ὑποφαίνων. μεγαλουργῶν καὶ παραδοξοποιῶν ὡς Θεὸς, καὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι προαναφωνῶν τὰς προῤῥήσεις. καὶ τὸν μὴ τοῖς πολλοῖς ὁρώμενον Θεοῦ λόγον, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἐπιδεικνύμενος ἐν

A cum Patre, & in Patre inerat; & omnium ſimul tam quæ in cęlo quàm quę in terra ſunt, tum maximè curam gerebat. Nec quidquã illi perinde ac nobis obſtabat, quo minus præſens ubiq; adeſſet; nec divina opera more ſolito edere, ullatenus prohibebatur. Sed ea quidem quæ à ſeipſo erant, naturæ humanæ tradidit: quæ verò ex ipſa erant mortali natura, ipſe viciſſim non accepit. Et divinam quidem potentiam mortali impertiit naturæ: ipſe tamen ex ejus participatione nihil hauſit. Itaq; neo ulla labe maculatus eſt, dũ corpus ipſius in lucem ederetur; nec rurſus dum diſſolveretur, ullũ B ipſe utpote impatibilis, detrimentum ſubſtantiæ paſſus eſt. Nam neq; ſi quo caſu frangatur lyra, aut chordæ utpote fragiles diſrumpantur; eum qui lyram pulſat, pati aliquid ipſum neceſſe eſt. Nec ſi fortè ſapientis cujuſpiam corpus ſupplicio affici contingat, ſapientiam quæ in eo eſt, aut animum qui in ipſius latet corpore, vel cædi vel uri quiſquam meritò dixerit. Eodem modo ac multo etiam potiori jure, ſermonis divini potentiam nullum ex corporis affectibus diſpendium accepiſſe dicendum eſt: quandoquidem nec exemplum illud lucis quo jam uſi ſumus, ſolares radios C qui è cælo in terras demiſſi, cænum ac lutum & cujuſq; generis ſordes contingunt, ullo modo inquinari permittit. Nam tametſi nihil vetat quo minus eas res lucis ſplendore illuſtrari dicamus, nõ idcircò lucem ipſam luto infici dicimus, aut Solem ex corporum commixtione maculari: quamvis hæc ab ipſa natura nõ ſunt penitus aliena. At verò Servator ille & incorporeus Dei ſermo, cùm ipſa vita ipſaq; lux intellectualis ſit: quamcumq; rem divina ſua & incorporea virtute ſemel attigerit, eã deinceps vivere & in rationali luce verſari neceſſe eſt. Similiter & corpus quodcumq; cõtigerit, D illico ſanctum efficitur & illuminatur: omniſq; morbus & ægritudo ac perturbatio ab eo recedit. Et quæ prius vacua erant, ex ejus abundantia partẽ aliquam accipiunt. Quocirca totũ ferè vitæ ſuæ curriculum ita tranſegit, ut nunc corpus ſuum iiſdem quibꝰ nos affectibus obnoxium eſſe oſtenderet: nunc verò Deum ſe Verbum eſſe ſubindicaret: dum ingẽtia quædã & admirabilia tanquam Deus edebat opera, & futura multò ante prędicebat, Deiq; ſermonem qui à pleriſq; minimè videbatur, rebus ipſis declarabat: prodigioſis ſcilicet operibus, mira-

culis & ſignis, ſtupendiſque virtutibus; divinis deniq; prædicationibus, quibus hominum mentes incitabat, ut ſe ad ſuperni illius quod ultra cælum eſt domicilii beatitudinem præpararent.

**Caput XV.**

Quid jam reſtat, niſi ut rei illius quæ omnium caput eſt, cauſam & rationem exponamus: Finem dico vitæ illius crebris hominum ſermonibus pervulgatum, & paſſionis modum, & poſt mortem, reſurrectionis grande miraculum. Quibus expoſitis, horum deinceps omnium demonſtrationes certiſſimis teſtimoniis adſtruemus. Mortalis igitur corporis inſtrumento, velut ſimulacro divina Majeſtate digniſſimo, ob eas quas dixi cauſas uſus Dei ſermo, ejuſq; tanquam interpretis miniſterio ipſe utpote ſummus Imperator inter homines verſatus, prout divinam decebat potentiam cuncta geſſit. Quòd ſi poſt vitam inter homines tranſactam, alia quadam ratione repentè evaneſcens è medio diſceſſiſſet, ſubducto clam interprete, ac proprio ſimulacro per fugam ex mortis diſcrimine liberato; poſtea verò idipſum mortale corpus morti & corruptioni ipſe per ſeſe addixiſſet, cuncti ſine dubio ſpectrum illum fuiſſe crederent. Ac neque ipſe ea geſſiſſet quæ ipſum decebant; quippe qui cùm ipſe vita eſſet, ipſe Dei ſermo atque potentia; ſuum tamen interpretem morti & corruptioni tradidiſſet. Neque illa quæ contra dæmonem geſſerat, illuſtri cum morte conflictu ac certamine fuiſſent terminata. Non eſſet exploratè cognitum, quònam ille ſe recepiſſet: nec fidem inveniſſet apud eos qui oculis illum non viderant. Nunquam naturam morte ſuperiorem habere illum conſtitiſſet: nec humanam naturam conditionis ſuæ infirmitate liberaſſet. Nunquam per univerſum terrarum orbem auditus fuiſſet; nec Diſcipulis ſuis ut mortem contemnerent, perſuaſiſſet; nec futuræ apud Deum vitæ certiſſimam poſt obitum ſpem, doctrinæ ſuæ ſectatoribus præſtitiſſet. Numquam ſermonum ſuorum pollicitationes impleviſſet; nec cum his quæ de ipſo à Prophetis prædicta fuerant conſentientes rerum eventus repræſentaſſet. Non denique poſtremum certamē obiiſſet; hoc eſt adverſus mortem ipſam. His omnibus de cauſis, quandoquidem omninò neceſſe erat ut mortale illius corpus, poſt miniſterium quod Deo Verbo cumulatè præſtiterat, finem Deo dignum ſortiretur; ideo, inquam, illius mors hoc modo diſ-

A τερασίαις πράξεσι, θαύμασί τε καὶ σημείοις καὶ παραδόξοις δυνάμεσι. ναὶ μὴν καὶ διδασκαλίαις ἐνθέοις, ἄνω πρὸς τὸν ὑπερουράνιον τόπον τὰς ψυχὰς παρασκευάζεσθαι προτρέψας. Τί δὴ λείπεται ἐπὶ τούτοις; αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ παντὸς κεφάλαιον ὁποίαν ἔσχε τὴν αἰτίαν ἐξειπεῖν· λέγω δὴ, τὸ πολυθρύλλητον τοῦ βίου τέλος, καὶ τοῦ πάθους τὸν τρόπον. τῆς μετὰ τὸν θάνατον ἀναμνήσεως αὐτοῦ τὸ μέγα θαῦμα· μεθ' ὃ τὴν τούτων θεωρίαν, τὰς ἀποδείξεις πάντων δι' ἐναργῶν πιστωσόμεθα μαρτυριῶν. ὀργάνῳ μὲν οὖν θνητῷ δι' ἃς προείπομεν αἰτίας, B οἷα δὴ ἀγάλματι θεοπρεπεῖ κεχρημένος τῷ αὐτῷ οἷα μέγας βασιλεὺς δι' ἑρμηνέως τὸν ἀνθρώπειον διεξελθὼν βίον, πάντ' ἐπαξίως θεϊκῆς δυνάμεως διεπράξατο. εἰ μὲν οὖν ἄλλως πως μετὰ τὰς ἐν ἀνθρώποις διατριβὰς ἀφανὴς γεγονὼς ἐξαίφνης ἀπέστη, ὑποκλέψας λάθρα τὸν ἑρμηνέα, καὶ τὸ οἰκεῖον ἄγαλμα, φυγῇ τὸν θάνατον διαδρᾶναι σπουδάσας. κἄπειτα πρὸς τὸ θνητὸν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τῇ φθορᾷ καὶ ἀπωλείᾳ συμψηφίσας, φάσματι ἂν ἐῴκει τοῖς πᾶσιν, καὶ ὅταν αὐτὸς ἑαυτῷ τὰ πρέποντα διεπράξατο. ζωὴ μὲν τυγ- C χάνων καὶ Θεοῦ λόγος καὶ Θεοῦ δύναμις, φθορᾷ δὲ καὶ ἀπωλείᾳ τὸν αὐτὸν αὐτοῦ παραδοὺς ἑρμηνέα. οὔτ' ἂν κατὰ δαιμόνων αὐτῷ πεπραγμένα, διὰ τῆς τοῦ θανάτου συμπλοκῆς τέλους ἠξιοῦτο· οὐκ ἂν ἐγνώσθη, ὅποι ποθ' ὑπεξεχωρήσας. οὔτ' ἂν ἐπιστεύθη τοῖς μὴ παρειληφόσιν. οὔτ' ἂν θανάτου, τὴν φύσιν ἐφάνη κρείττων. οὔτ' ἂν τὸ θνητὸν τῆς οἰκείας ἠλευθέρου φύσεως. οὔτ' ἂν καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἠκούσθη. οὔτ' ἂν θανάτου καταφρονεῖν τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἔπεισεν. οὔτ' ἂν τῆς μετὰ τὸν θάνατον D παρὰ Θεῷ ζωῆς τὴν ἐλπίδα, τοῖς τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν μετιοῦσι παρεστήσατο. οὔτ' ἂν τῶν αὐτοῦ λόγων τὰς ἐπαγγελίας ἐπλήρου. οὔτ' ἂν ταῖς προφητικαῖς περὶ αὐτοῦ προρρήσεσι σύμφωνα παρεῖχε τὰ ἀποτελέσματα. οὔτ' ἂν τὸν ὕστατον ἁπάντων ἀγῶνα διῆλθεν. οὗτος δ' ἦν ὁ κατὰ τοῦ θανάτου. διὸ δὴ τούτων ἕνεκα πάντων, ἐπεί γ' ἐχρῆν ἐξάπαντος τὸ θνητὸν ὄργανον, μετὰ τὴν αὐτάρκη διακονίαν ἣν τῷ θείῳ λόγῳ διηκονήσατο, τέλους θεοπρεποῦς τυχεῖν. ταύτῃ πῃ καὶ αὐτῷ ὁ θάνατος οἰκονομεῖ-

ται. δυοῖν γὰρ λειπομένων τῷ τέλει, ἢ φθορᾷ καὶ ἀπωλείᾳ παραδοῦναι τὸ πᾶν, καὶ τοῦ παντὸς δράματος αἰσχίστην ποιήσασθαι τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. ἢ θανάτου ἑαυτὸν κρείττονα ἀποφῆναι, θεϊκῇ δυνάμει τὸ θνητὸν ἀθάνατον παραστησάμενον. τὸ μὲν πρῶτον ἀνοίκειον τῆς ἐπαγγελίας ἦν· οὐ γὰρ δὴ πυρὸς οἰκεῖον, τὸ ψύχειν. οὐδὲ φωτὸς, τὸ σκοτίζειν· οὕτως οὐδὲ ζωῆς, τὸ θανατοῦν. οὐδὲ θείου λόγου, τὸ παραλόγως ἐνεργεῖν. ποῖον οὖν εἶχε λόγον, τὸν ἑτέροις ζωὴν ἐπαγγειλάμενον, τὸ οἰκεῖον ὄργανον φθειρόμενον παριδεῖν, ἀπωλείᾳ τε παραδοῦναι τὸ αὐτοῦ ἄγαλμα, καὶ τὸν τῆς θεότητος αὐτοῦ ἑρμηνέα θανάτῳ λυμήνασθαι, τὸν τοῖς προσφυξιν ἀθανασίαν προμνώμενον· οὐκοῦν τὸ δεύτερον, ἀναγκαῖον ἦν. λέγω δὴ τὸ θανάτου κρείττονα ἑαυτὸν φῆναι· πῶς οὖν ἐχρῆν τοῦτο ποιήσασθαι; λαθραίως ἄρα καὶ κλοπιμαίως, ἢ τοῖς πᾶσιν ἀριπρεπῶς καὶ ἀριδήλως. ἀλλὰ σκοτεινὸν μὲν καὶ κρυφαῖον αὐτῷ πραχθὲν τὸ κατόρθωμα, μηδενί τε γνωσθὲν, οὐδένα ἂν ὤνησε· βοηθὲν δὲ καὶ ἀκουσθὲν εἰς ἅπαντας, τοῖς πᾶσιν τὴν ἐκ τοῦ θαύματος παρεῖχεν ὠφέλειαν. εἰκότως ἄρα ἐπειδὴ ἐχρῆν τὸ αὐτοῦ ὄργανον κρεῖττον θανάτου φῆναι, καὶ τοῦτο πρᾶξαι μὴ εἰς τὸ λεληθὸς, ἀλλ' ἐπ' ὄψεσιν ἀνθρώπων, οὐ φεύγει μὲν τὸν θάνατον. ἢ γὰρ ἂν δειλὸς καὶ θανάτου χείρων ἐνομίσθη· διὰ δὲ τῆς πρὸς τὸν θάνατον συμπλοκῆς οἷα πρὸς ἀνταγωνιστὴν, τὸ θνητὸν ἀθάνατον παρίστα. τὸν ἀγῶνα τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ζωῆς τε καὶ ἀθανασίας καὶ σωτηρίας ἀναδεδεγμένος. ὥσπερ δ' εἴ τις ἄκαυστον ἡμῖν καὶ πυρὸς κρεῖττον σκεῦός τι δεῖξαι ἠθέλησεν, οὐκ ἂν ἄλλως τὸ θαῦμα παρεστήσατο, ἢ τῷ πυρὶ παραδοὺς τὸ μετὰ χεῖρας, κἄπειτα αὐτὸ σῶον καὶ ἀδιάφθορον ἐξελὼν τοῦ πυρός. κατὰ ταῦτα δὴ καὶ ὁ τῶν ὅλων ζωοποιὸς τοῦ θεοῦ λόγος, τὸ θνητὸν ὄργανον ᾧ πρὸς ἀνθρώπων κέχρητο σωτηρίαν, κρεῖττον θανάτου δεῖξαι βουληθεὶς, κοινωνόν τε ἀποφῆναι τῆς οἰκείας ζωῆς τε καὶ ἀθανασίας, εὖ μάλα χρησίμως ὑπῄει τὴν οἰκονομίαν. τὸ μὲν σῶμα πρὸς βραχὺ καταλιπὼν, καὶ τὸ θνητὸν τῷ θανάτῳ παραδοὺς εἰς ἔλεγχον τῆς οἰκείας φύσεως. εἶτ' οὐκ εἰς μακρὰν αὐτὸ τοῦ θανάτου πάλιν ὑφαιρούμενος, εἰς παράστασιν τῆς ἐνθέου δυνά-

A penſata eſt. Nam cùm duę res in fine ipſi ſupereſſent; ut vel totum corpus labi & corruptioni addiceret, atq; ita turpiſſimo exitu totam vitam ſuam quaſi fabulam clauderet; vel certè ſe morte ſuperiorem oſtenderet ,& mortale corpus ope divinæ potentiæ immortale redderet: prior quidem ab ipſius pollicitatione erat aliena. Neque enim ignis propriũ eſt refrigerare; nec lucis, tenebras offundere. Ita neq; vitæ proprium eſt interimere; nec divinæ rationis, quicquam abſq; ratione facere. Quomodo enim rationi conſentaneum foret, ut is B qui vitam aliis promiſiſſet, inſtrumentum ſuum perire ſineret, & ſimulacrum ſuum corruptioni dederet, & divinitatis ſuæ interpretem morte deleret, is qui cunctis ad ſe adeuntibus immortalitatem ſpondebat. Poſterior itaque ratio neceſſaria fuit, ut ſcilicet mortis ſe victorem oſtenderet. At quo tandem modo id erat agendum? Clamne & quaſi furtim, an palam & in conſpectu omnium? Atqui tam præclarum facinus, ſi in tenebris & clanculo geſtum fuiſſet, nec in alicujus notitiã perveniſſet, nulli prorſus utile erat futurum. Pervulgatum verò & ab omnibus exauditum, maxi- C mam univerſis ex rei miraculo allaturum erat utilitatem. Proinde quoniam neceſſe erat ut corpus ipſius de morte triumpharet, idque non occultè ſed in conſpectu omnium gereretur, meritò ille mortem non refugit. Sic enim ignavus, & morte ipſa inferior habitus fuiſſet. Sed per certamen cum morte velut cum adverſario ſuſceptum , corpus quod erat mortale, immortale præſtitit; cùm certamen illud pro omnium vita & immortalitate ac ſalute ſubiiſſet. Et quemadmodum ſi quis nobis vas quoddam incombuſtum, omniq; ſupe- D rius incendio vellet oſtendere, non aliter fidem impetraret miraculi, niſi vas ipſum manu arreptum in ignem conjiceret, ac deinde integrum & illæſum è flammis educeret: ſic planè Dei ſermo, qui vitam omnibus impertit, cùm mortale corpus illud quo velut inſtrumento ad hominum ſalutem uſus fuerat, morte ipſa potentius vellet oſtendere, vitæq; & immortalitatis ſuæ particeps reddere; utilem admodum ſubiit diſpenſationem: corpus quidem ſuum ad modicum tempus deſerens, & quod erat mortale morti tradens, ut ejus natura hoc indicio probaretur: ac deinde paulò poſt idem illud morti adimẽs, ut divinã

ſuam potentiam declararet, qua æternam illam vitam, quam ipſe cunctis pollicitus fuerat, omni ſuperiorem morte oſtendebat. Ejus autem rei manifeſta & perſpicua cauſa eſt. Nam cùm prorſus neceſſarium eſſet diſcipulis ipſius, ut futuræ vitæ reparationem oculis ſuis cernerent, in qua ſpem ſuam collocare eos docuerat, cùm eos mortis contemptores ac victores efficeret: non ſine cauſa id ipſos oculis ſuis ſpectare voluit. Nam quicumq; piam ac religioſam vitā inituri ſunt, eos hanc primam & maximè neceſſariam præceptionem oculis ipſis evidenter haurire oportet: maximè verò eos qui ipſum per univerſum orbem terrarum illicò erant prædicaturi, Deíque notitiam cujus ſemina jam ipſe antea in gentes ſparſiſſet, cunctis hominibus nuntiaturi. Quos quidem certiſſima perſuaſione futuræ vitæ nixos eſſe oportuit, ut ſine ullo mortis metu certamen adverſus errorem gentium plures colentium Deos fidenti animo ſuſciperent. Niſi enim mortem contemnere didiciſſent, nunquam adſubeunda vitæ diſcrimina prompti paratiq; exſtitiſſent. Quocirca cùm eos adverſus mortis potentiam armis inſtrueret, non verbis ac voce nuda præceptum ipſis tradidit; nec ſermonem de animorum immortalitate ex probabilibus ac veriſimilibus contexuit, cujuſmodi ſunt humani ſermones: ſed reipsâ erecta de morte tropæa illis oſtendit. Et hæc quidem prima ac potiſſima fuit cauſa certaminis illius, quo Servator noſter adverſus mortem decertavit. Mortem enim quæ formidabilis eſt omnibus, nihil omninò eſſe, diſcipulis ſuis demonſtravit; & vitam illam quam promiſerat, perſpicuè ipſis ante oculos ſtatuit. quam quidem velut primitias ſpei noſtræ & futuræ apud Deum vitæ atque immortalitatis, effecit. Altera verò cauſa fuit reſurgendi, ut divina potentia quæ in corpore ipſius habitaverat, manifeſtaretur. Nam quoniam homines antehac eos qui morti ſuccubuiſſent conſecrabant; Deoſque & Heroas nominare conſuerant eos qui à morte ſuperati fuiſſent, hanc ob cauſam humaniſſimus Dei ſermo, etiam hîc quiſnā eſſet oſtendit; naturam ſuam morte ſuperiorem hominibus exhibens. Et corpus quidem quod mortale erat, poſt interitum ad alteram vitam revocavit: tropæum autem immortalitatis quod victa morte erexerat, cunctis ſpectandum propoſuit; eúmque ſolum verè Deum in ipſa

A μεως. δι' ἧς παντὸς θανάτου κρείττονα τὴν πρὸ[ς]
αὐτοῦ καταγγελθεῖσαν ζωὴν ἀΐδιον ἔφαινε.
δι' αἰτία, πρόδηλος καὶ σαφής· ἐπειδὴ γὰρ τοῖς
αὐτοῦ φοιτηταῖς, ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἀναγκαῖον
ἦν, ζωῆς τῆς μετὰ θάνατον ἐναργῆ τὴν παλιγγενεσίαν.
ἐφ' ἣν τὰς ἑαυτῶν ἐλπίδας ἀναρτᾶν
αὐτοὺς ἐδίδασκε. κρείττονας εἶναι θανάτου παρασκευάζων.
εἰκότως ταῦτ' αὐτοῖς ὁρᾶν ὀφθαλμοῖς
παρεῖχε. χρὴ γὰρ τοὺς μέλλοντας εὐσεβῆ
μετιέναι βίον, τοῦτο πρῶτον πάντων ἀναγκαιό-
B τατον μάθημα δι' ἐναργοῦς ὄψεως παραλα-
βεῖν. καὶ πολὺ μᾶλλον ἐκείνους, τοὺς εἰς ἅπασαν
τὴν οἰκουμένην μέλλοντας αὐτὸν ὅσον οὔπω κη-
ρύττειν, καὶ τὴν ὑπ' αὐτοῦ τοῖς ἔθνεσι πᾶσι προ-
καταβληθεῖσαν θεογνωσίαν, εἰς πάντας κα-
ταγγέλλειν ἀνθρώπους. οὓς δὴ πεῖσμα μέγιστον
ἀναλαβεῖν ἐχρῆν, τῆς μετὰ τὸν θάνατον ζωῆς. ὡς
ἂν ἀδεεῖς καὶ ἄφοβοι θανάτου, τὸν κατὰ τῆς ἐθνι-
τῆς πολυθέου πλάνης ἀγῶνα προθύμως ἀνα-
δέξοιντο· μὴ γὰρ θανάτου καταφρονεῖν μελε-
τήσαντες, οὐκ ἂν πώποτε πρὸς τὰ δεινὰ παρε-
σκευάζοντο· διὸ δὴ ἀναγκαίως, ὁπλίζων αὐτοὺς
C κατὰ τῆς τοῦ θανάτου δυναστείας, οὐ ῥήμασιν οὐδὲ
φωναῖς παρεδίδου τὸ μάθημα. οὐδὲ λόγοις ὁ-
μοίως ἀνθρωπίνοις, τὸν περὶ ψυχῆς ἀθανα-
σίας, πιθανῶς ἐξ εἰκότων συνιστάτων. αὐτοῖς δ'
ἔργῳ τὰ κατὰ τοῦ θανάτου ἐπεδείκνυ αὐτοῖς τρό-
παια. πρώτη μὲν οὖν αὕτη καὶ μεγίστη αἰτία,
τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κατὰ τοῦ θανάτου παρατά-
ξεως· τὸν γοῦν φοβερὸν τοῖς πᾶσι θάνατον,
τοῖς αὐτοῦ φοιτηταῖς, τὸ μηδὲν ὄντα ἐδείκνυ, καὶ
τὴν ἐπηγγελμένην πρὸς αὐτοῦ ζωήν, τοῖς αὐ-
τῶν ὀφθαλμοῖς δι' ἐναργοῦς ὄψεως παρίστη
D ἀπαρχὴν τῆς κοινῆς ἡμῶν ἐλπίδος, ζωῆς τῆς
παρὰ Θεῷ καὶ ἀθανασίας, αὐτὴν ἐκείνην πε-
ποιημένος· δευτέρα δ' ἂν αἰτία εἴη τῆς ἀναστά-
σεως, ἡ τῆς ἐν σώματι κατοικησάσης ἐνθέου δυ-
νάμεως ἔνδειξις· ἐπειδὴ γὰρ τὸ πρόσθεν τοὺς ὑπὸ
θανάτου νενικημένους ἄνδρας θνητοὺς ἐθείαζον
ἄνθρωποι, ἥρωάς τε καὶ Θεοὺς ὠνόμαζον τοὺς ὑ-
πὸ θανάτου κεκρατημένους, κἀκεῖ εἰκότως αὐ-
τὸν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἔφηνεν ὁ φιλάν-
θρωπος τοῦ Θεοῦ λόγος. κρείττονα θανάτου φύ-
σιν ἀνθρώποις δεικνύς. καὶ τὸ μὲν θνητὸν μετὰ τὴν
λύσιν, ἐπὶ τὴν δευτέραν ζωὴν ἄγων. τρόπαιον
δὲ ἀθανασίας κατὰ τοῦ θανάτου τοῖς πᾶσι
παρέχων ὁρᾶν. καὶ μόνον τοῦτον ἐν θανάτῳ Θεὸν

A ἀληθῆ εἶναι διδάσκων ὁμολογεῖν, τὸν τὰ βραβεῖα τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης ἀναδησάμενον. ἔχοιμι ἄν σοι καὶ τρίτην ὑπογράφειν αἰτίαν, τοῦ σωτηρίου θανάτου. ἱερεῖον ἦν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ γένους ἀναπεμπόμενον, τῷ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων Θεῷ. ἱερεῖον, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης καθιερωμένον. ἱερεῖον δαιμονικῆς πλάνης ἀποτρόπαιον. ἱερείου δῆτα ἑνὸς καὶ μεγάλου θύματος τοῦ πανιέρου σώματος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους σφαγιασθέντος, καὶ πάντων ἐθνῶν τῶν πρὶν ἀσεβείας δαιμονικῆς πλάνης ἐνεχομένων ἀντίψυχον ἀνενεχθέντος, πᾶσα λοιπὸν ἡ τῶν ἀνάγνων καὶ B ἀνιέρων δαιμόνων δύναμις καθῄρητο. ἐλύετό τε καὶ παρεῖτο αὐτίκα δυνάμει κρείττονι, πᾶσα γεώδης καὶ ἀπατηλὴ πλάνη. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀνθρώπων σωτήριον θῦμα, αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ λόγου σωματικὸν ὄργανον, ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἀνθρώπων ἀγέλης καθιέρωτο· καὶ τοῦτ' ἄρα ἦν τὸ θανάτῳ παραδεδομένον σφάγιον, περὶ οὗ λογίων ἱερῶν βοῶσι φωναί. τοτὲ μὲν ὧδέ πη λέγουσαι, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. τοτὲ δὲ ὧδε προαναφωνοῦσαι, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος. C καὶ τό γε αἴτιον διδάσκουσιν ἐπιλέγουσαι, οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει. αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. καὶ ἐμαλακίσθη, διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν. τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν. ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπλανήθη. καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. τὸ μὲν οὖν ὄργανον τὸ ἀνθρώπειον τοῦ Θεοῦ λόγου, διὰ ταύτας καθιέρωτο τὰς αἰτίας· D οὗτος δὲ ὁ μέγας ἀρχιερεὺς ὁ τῷ πανηγεμόνι καὶ παμβασιλεῖ Θεῷ ἱερωμένος, ἕτερος ὢν παρὰ τὸ ἱερεῖον. Θεοῦ λόγος, Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία, τὸ θνητὸν ἐκ μακροῦ ἀνεκαλεῖτο τοῦ θανάτου. καὶ τοῦτο τῷ πατρὶ τῆς κοινῆς ἡμῶν σωτηρίας τὴν ἀπαρχὴν παρίστη. τρόπαιον ἐπινίκιον κατὰ τοῦ θανάτου καὶ τῆς δαιμονικῆς παρατάξεως, τῶν τε παλαιῶν ἀνθρωποθυσιῶν ἀποτρόπαιον, τοῦθ' ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἀνεγείρας. Ἀλλὰ γὰρ τούτων ὧδε ἐχόντων, ὥρα καὶ ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις ἐλθεῖν.

A morte docuit eſſe agnoſcendum, qui victoriam de morte reportaſſet. Poſſem etiam tertiam tibi cauſam Dominicæ mortis exponere. Fuit ille ſacra quædam victima, pro univerſo hominum genere, Deo omnium Regi oblata. Victima pro univerſo hominum grege immolata: victima quæ dæmoniacæ ſuperſtitionis errorem profligavit. Poſtquam enim una illa victima & eximia hoſtia, ſacroſanctum ſcilicet corpus Servatoris noſtri, pro humano genere mactatum eſt, & quaſi vicarium pro vita omnium gentium, quæ dæmoniacæ ſuperſtitionis impietate B obſtrictæ, tanquam læſæ Majeſtatis reæ tenebantur, oblatum eſt; omnis deinceps impurorum ac profanorum dæmonum potentia corruit; omniſq; terreſtris ac fraudulentus error, potentiore quadam virtute ſtatim fractus ac debilitatus eſt. Salutaris igitur hoſtia ex hominibus aſſumpta, ipſum ſcilicet Verbi divini corpus, pro univerſo hominum grege immolata eſt. Et hæc eſt victima neci data, de qua ſacræ literæ loquuntur; nunc quidem in hæc verba: Ecce Agnus Dei, qui *Ioan. 10.* tollit peccata mundi. Nunc verò in hunc modum: Sicut ovis ductus eſt *Eſa. 53.* C ad cædem, & tanquam agnus coram tondente ſe obmuteſcens. Cauſam item docent, cùm addunt: Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolores patitur: & nos reputavimus eum eſſe in labore, & in plaga & in afflictione. Ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtra, & obtritus eſt propter iniquitates noſtras. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: vibicibus ejus nos ſanati ſumus. Omnes quaſi oves aberravimus: unuſquiſque in via ſua exerravit. Et Dominus tradidit eum peccatis noſtris. Has igitur ob cauſas humanum Dei Verbi corpus immola- D tum fuit. Ipſe verò Pontifex Maximus Deo omnium Principi atque Imperatori conſecratus, cùm aliud quidpiam eſſet quàm victima, Dei videlicet ſermo, Dei virtus atque Sapientia; mortale corpus brevi à morte revocavit: idque tanquam primitias communis omnium ſalutis Patri ſuo obtulit; hoc tropæum victoriæ quam de morte déque dæmonum acie retulerat, & humanarum victimarum quæ quondam immolari conſueverant averruncamentum, pro univerſo hominum genere ſtatuens. Quæ cùm ita ſe habeant, Caput XVI. nunc ad eorundem demõſtrationes ve-

niamus: ſi tamen harum rerum veritas A opus habet demonſtratione, aut ſi teſtimonia manifeſtis & evidentibus factis neceſſe eſt adhibere. Accipe igitur eas demonſtrationes, benignâ prius aure ad ſermonis audientiam præparata. Cunctæ olim in terris nationes, & univerſum hominum genus, in provincias, in varias cujuſq; gentis ac loci dominationes, in tyrannides ac multiplices Principatus diſciſſum erat. Atq; hinc pugnæ & bella continua; hinc vaſtationes & captivorũ abductio, tam in agris quàm in civitatibus exſtiterunt. Hinc tot hiſtoriarum argumenta; adulteria & mulierum raptus: B hinc excidium Trojæ; & veterum tragœdiæ, apud omnes ubiq; homines pervulgatæ. Quarum quidem rerum cauſas quiſquis plurimorum Deorum cultui adſcripſerit, is meo judicio non errabit. Sed poſtquam ſalutare Chriſti inſtrumentum, ſanctiſſimum ſcilicet ejus corpus, quod omni dæmonum fraude atq; operatione potentius, & ab omni culpa tam in loquendo quàm in agendo alienum fuit; velut tropæum quoddam victoriæ, & veterum malorum averruncamentum adverſus dæmones erectum C eſt, ſtatim omnium dæmonũ opera diſſipata ſunt: nec amplius locorum dominationes, multiplices principatus; tyrannides & Reſpublicę fuerunt; nec quę inde oriri conſueverant agrorum vaſtationes; & obſidiones urbium atq; expugnationes. Sed unus quidem Deus omnibus prędicatus eſt: ſimul verò unum apud omnes Imperium viguit Romanorum; & inexpiabile illud atq; implacabile odium, quo gentes ab omni ferè ævo inter ſe mutuò colliſæ erant, ſubitò extinctum eſt. Et ſicut unius Dei notitia, unaq; ratio religionis ac ſalutis, Chriſti videlicet doctrina, hominibus tradebatur; ita etiam eodem tempore cùm u- D nus totius orbis Rom. Imperator eſſet conſtitutus, altiſſima pax ubiq; terrarũ obtinuit. Ita unius Dei nutu, duo ſumma inter homines bona quaſi duo germina, ſimul eodemq; temporis momento eruperunt; Romanum ſcilicet Imperium, & pietatis Chriſtianæ doctrina. Et ante illud quidem, alii Syriæ; alii Aſiæ; alii Macedoniæ ſeorſum quiſq; regnum tenebant. Ægyptum quoque ab aliis ſejunctam quidam poſſidebant; aliique ſimiliter Arabiam. Sed & Palæſtinam Judæi ſub ditionem ac poteſtatem ſuam redegerant. In ſingulis vicis, urbibus ac locis, homines velut inſania

A εἰ δὲ ἀποδείξεως δεῖται τὰ τούτων ἀληθείας, εἰ δ' ἐναργῶν πραγμάτων ἀναγκαῖον πιστώσασθαι τὰς μαρτυρίας, δέχου δὴ ταύτας εὐγνώμονα τῷ λόγῳ τὴν ἀκοὴν παρασκευάσας. διῄρητο μὲν πάντα τὰ πάλαι ἐπὶ γῆς ἔθνη, καὶ τὸ πᾶν ἀνθρώπων γένος, εἰς ἐπαρχίας καὶ ἐθναρχίας καὶ τοπαρχίας, τυραννίδας τε καὶ πολυαρχίας κατετέτμητο· ὅθεν μάχαι συνεχεῖς καὶ πόλεμοι, δῃώσεις τε καὶ ἀνδραποδισμοὶ κατ' ἀγροὺς καὶ κατὰ πόλεις οὐπώποτ' αὐτοὺς διελίμπανον. ἱστοριῶν τε ὑποθέ- B σεις μυρίαι, μοιχεῖαί τε καὶ γυναικῶν ἁρπαγαί. ἔνθεν τὰ Ἰλίου κακὰ, καὶ αἱ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις μνημονευόμεναι τῶν παλαιῶν τραγῳδίαι· τούτων δ' οὐκ ἂν ἁμάρτοις τὰς αἰτίας τῇ πολυθέῳ πλάνῃ προσγράφων. ὡς δ' ἤδη τὸ σωτήριον ὄργανον, αὐτὸ δὴ τὸ παναγιον τοῦ Χριστοῦ σῶμα, τὸ κρεῖττον ἁπάσης δαιμονικῆς πλάνης ἐνεργείας ὀφθὲν, κακίας τε τῆς δι' ἔργων καὶ λόγων ἀλλότριον, νικητήριον τρόπαιόν τε παλαιῶν κακῶν ἀποτρόπαιον κατὰ δαιμόνων ἀνυψοῦτο, ἐλύετό τε αὐτίκα πάντα δαιμόνων ἔρ- C γα· καὶ οὐκέτ' ἦσαν τοπαρχίαι καὶ πολυαρχίαι, τυραννίδες τε καὶ δημοκρατίαι, αἵ τε διὰ ταῦτα συνιστάμεναι κατὰ πόλεις καὶ κατὰ χώρας δῃώσεις καὶ πολιορκίαι· ἀλλὰ Θεὸς μὲν εἷς εἰς πάντας ἐκηρύττετο. ἐν ταὐτῷ δὲ, καὶ βασιλεία μία τοῖς πᾶσιν ἡ Ῥωμαίων ἐπήνθει, ἀνῄρητο ἀθρόως ἡ ἐξ αἰῶνος ἄσπειστος καὶ ἀκατάλλακτος τῶν ἐχθρῶν ἔχθρα· ὡς δὲ ἑνὸς Θεοῦ γνῶσις πᾶσιν ἀνθρώποις παρεδίδοτο, καὶ τρόπος εἷς εὐσεβείας, σωτήριός τε ἡ Χριστοῦ διδασκαλία, κατὰ ταὐτὰ καὶ βασιλέως ἑνὸς ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον καθ' ὅλης τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς κατα- D στάντος, εἰρήνη βαθεῖα τὰ σύμπαντα διελάμβανεν. ὁμοῦ τε καὶ ὑφ' ἑνὶ καιρῷ ὥσπερ ἀφ' ἑνὸς Θεοῦ νεύματος, ἀνεφύοντο εἰς ἀνθρώπους ἀγαθῶν δύο βλαστοὶ, ἥ τε Ῥωμαίων ἀρχὴ καὶ ἡ εὐσεβὴς διδασκαλία. πρό γε μὴν τούτου, οἱ μὲν ἀφωρισμένως Συρίας ἐκράτουν, οἱ δὲ τῆς Ἀσίας ἐβασίλευον, ἄλλοι δὲ Μακεδονίας· τὴν δὲ Αἴγυπτον ἀποτεμόμενοι ἕτεροι κατεῖχον· καὶ χώραν τὴν Ἀράβων ὡσαύτως ἄλλοι ἐνέμοντο· καὶ Παλαιστινῶν, τὸ Ἰουδαίων ἐκράτει γένος· κατὰ κώμας τε καὶ κατὰ πόλεις

compo

κατὰ πάντα τόπον, ὥσπερ ὑπό τινος παραπληξίας κατ' ἀλλήλων φονῶντες καὶ δαιμονῶντες ἀληθῶς, πολέμοις καὶ μάχαις ἐσχόλαζον· ἀλλὰ γὰρ ἀθρόως ἅπαντα ὥσπερ ἀπὸ νύσσης μιᾶς δύο μεγάλαι προελθοῦσαι δυνάμεις, ἡμέρωσάν τε καὶ εἰς φιλίαν συνήγαγον. ἥ τε Ῥωμαίων ἀρχὴ μόναρχος ἐξ ἐκείνου φανθεῖσα, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλία, ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ συνακμάσασαι ἀλλήλαις· ἡ μὲν γε τοῦ σωτῆρος ἡμῶν δύναμις, τὰς τῶν δαιμόνων πολυαρχίας τε καὶ πολυθείας καθεῖλε. μίαν βασιλείαν Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις, Ἕλλησί τε καὶ Βαρβάροις καὶ τοῖς μέχρι τῶν ἐσχατιῶν τῆς γῆς, κηρύττουσα· ἡ δὲ Ῥωμαίων ἀρχὴ ὡς ἂν προκαθῃρημένων τῶν τῆς πολυαρχίας αἰτίων, τὰς ὁρωμένας ἐχειροῦτο. εἰς μίαν ἕνωσιν καὶ συμφωνίαν τὸ πᾶν γένος συνάπτειν σπεύδουσα. καὶ τὰ πολλὰ μὲν παντοίων ἐθνῶν συναγαγοῦσα. μέλλουσα δὲ ὅσον οὔπω, καὶ αὐτῶν ἄχρι τῶν ἄκρων τῆς οἰκουμένης, ἐφάπτεσθαι. τῆς σωτηρίου διδασκαλίας σὺν θεϊκῇ δυνάμει, προεξομαλιζούσης αὐτῇ τὰ πάντα, καὶ ὁμαλὰ καθιστώσης. τοῦτό γέ τοι ἂν εἴη τὸ μέγα θαῦμα, τοῖς φιλαλήθως τὸν νοῦν ἐφιστῶσι, καὶ μὴ τοῖς καλοῖς βασκαίνειν ἐθέλουσιν· ὁμοῦ τε γὰρ ἡ τῶν δαιμόνων ἀπηλέγχετο πλάνη. ὁμοῦ καὶ ἡ ἐξ αἰῶνος ἔχθρα καὶ μάχη τῶν ἐθνῶν διελύετο. καὶ πάλιν ὁμοῦ Θεὸς εἷς, καὶ μία τούτου γνῶσις εἰς πάντας ἐκηρύττετο. ὁμοῦ καὶ βασιλεία μία ἐν ἀνθρώποις ἐκρατύνετο. καὶ τὸ πᾶν ὁμοῦ τῶν ἀνθρώπων γένος, εἰς εἰρήνην καὶ φιλίαν μεθηρμόζετο. ἀδελφούς τε ὡμολόγουν ἀλλήλους οἱ πάντες, καὶ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐγνώριζον· αὐτίκα γοῦν ὥσπερ ἐξ ἑνὸς φύντες πατρὸς ἑνός τε Θεοῦ οἷα παῖδες, καὶ μητρὸς μιᾶς τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας, εἰρηνικῶς ἀλλήλοις ἠσπάζοντό τε καὶ ἀπελάμβανον. ὡς μηδὲν ἀποδεῖν ἐξ ἐκείνου τὴν σύμπασαν οἰκουμένην, μιᾶς εὐνομουμένης οἰκίας καὶ συγγενείας, ἐξεῖναί τε πορείας ὅτῳ φίλον στέλλεσθαι, ἀποδημεῖν τε ὅποι τις θέλοι σὺν πάσῃ ῥαστώνῃ. καὶ τοὺς μὲν ἀπὸ δυσμῶν ἀκινδύνως ἐπὶ τὰ ἑῷα παριέναι. τοὺς δ' ἐνθένδε πάλιν ἐκεῖσε, ὡς ἐπὶ πατρίδας οἰκείας στέλλεσθαι. πληροῦσθαί τε παλαιῶν χρησμῶν λόγια καὶ προφητῶν ἀναφωνήσεις, μυρίας μὲν καὶ ἄλλας ἃς οὖν παρατίθεσθαι

A correpti & à dæmone agitati, per continua bella & pugnas in cædes mutuas ferebantur. Verùm duæ maximæ poteſtates velut ex una tranſenna ſimul emiſſæ, cuncta repentè pacarunt & in concordiam reduxerunt: Romanum videlicet Imperium, quod ex eo tempore ſub unius Principatu fuit; & Chriſti doctrina: quæ quidem duæ poteſtates uno ſimul eodemque tempore effloruerunt. Ac Servatoris quidem noſtri poteſtas, multiplices illos Principatus ac divinitates dæmonum evertit; unum Dei Regnum cunctis hominibus tam Græcis quàm Barbaris, ipſiſque adeo

B extremas terrarum plagas incolentibus annuntians. Romanum autem Imperium, utpotè ſublatis jam antea multorum Principatuum cauſis, eos qui adhuc ſupererant, ditioni ſuæ adjunxit; id maximè ſtudens, ut univerſum genus humanum communi inter ſe concordię vinculo colligaret. Et pleraſq; quidem gentes jam in unum coëgit & conciliavit: brevi verò ad ultimos uſq; terrarum fines progreſſurum eſt: quippe cùm ſalutaris doctrina cum divina quadã virtute conjuncta, cuncta ipſi facilia ac pla-

C na præſtet. Hoc profectò ingens miraculum eſſe fatebuntur ii, qui veritatis ſtudio adducti rem attentiùs expendere, potiùs quàm pulcherrimis rebus obtrectare voluerint. Simul enim dæmoniacæ ſuperſtitionis error convictus eſt; & inimicitiis ac pugnis quæ inter gentes jam inde à priſcis temporibus fervebant, finis impoſitus: ſimul unicus Deus, unáque ejus notitia omnibus prædicata eſt; & unum in terris Imperium ſtabilitum; & univerſum humanum genus ad pacem concordiamque revocatum; cunctis viciſſim fratres ſe eſſe profitentibus, & propriam agnoſcentibus naturam. Statim igitur velut filii ex eodem

D Patre, uno ſcilicet Deo; & ex eadem matre, vera ſcilicet pietate geniti, pacificè ſeipſos mutuò ſalutare atque excipere cœperunt. Adeò ut orbis terrarum univerſus nihil à domo & familia optimè conſtituta differre deinceps videretur; & iter facere & peregrè quò quiſq; vellet proficiſci cum omni ſecuritate cuivis liceret: & alii quidem ab Occidentis partibus ad Orientem abſq; periculo commearent, alii verò hinc ad illas partes, velut ad ſuam ipſorum patriam pergerent: complerenturque veterum Oraculorum reſponſa, & cum innumerabiles aliæ Prophetarum prædictiones,

quas referre in præſentia non vacat; tum illæ quæ de ſalutari Dei verbo lo-
*Pſal. 71.* quuntur in hunc modum: Dominabitur à mari uſq; ad mare, & à fluminibus uſq; ad fines orbis terrarum. Et rurſus:
*Eſa. 20.* Orietur in diebus ejus juſtitia & abundantia pacis. Et alibi: Confringent gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces; non accingetur gladio gens contra gentem, nec ampliùs militaribus exercitationibus vacabunt. Hæc prædicta, & Hebraico ſermone multis ante ſæculis pronuntiata fuerant; quæ noſtra demum ætate operibus ipſis expleta, veterum Oraculorum teſtimoniis fidem adſtruunt. Quòd ſi aliorum præterea argumentorum copiam deſideras, ea non verbis jam accipe, ſed rebus ipſis. Aperi oculos mentis tuæ, & cogitationis januas recIude. Diu multúmque tacitus tecum expende. Intérroga temetipſum; & quaſi ab altero ſciſcitare, rerum naturam perſcrutans in hunc modum. Quis unquam ab ultima uſque hominum memoria Rex aut Princeps; Philoſophus aut Legiſlator; Propheta denique ſeu Græcus ſeu Barbarus, tantum auctoritatis & potentiæ adeptus eſt, non dico poſt mortem, ſed vivus adhuc & ſpirans, & multiplici pollens virtute; ut omnium ubique hominum aures atque linguas nominis ſui gloriâ compleret? Nemo certè præter unum Servatorem noſtrum poſt victoriam de morte reportatam iſtud præſtitit, cùm & Diſcipulis ſuis verbo præcepit, & reipſa deinceps confirma-
*Matt. 18.* vit: Euntes, inquit, docete omnes gentes in nomine meo. Cúmque ipſis prædixiſſet & affirmaſſet fore omnino ut Evangelium ſuum per univerſum orbem prædicaretur in teſtimonium cunctis gentibus, verbis eventum continuò ſubjunxit. Statim certè, non longo temporis ſpatio interjecto, doctrina ejus totum orbem replevit. Quid habet ad ea quod reſpondeat, is qui in hujus ſermonis exordio nos reprehendebat; præſertim cùm omni ratione validius ſit oculorum teſtimonium. Quis verò peſtiferum ab omni ævo & exitiale dæmonum genus, quod jampridem univerſas gentes ac nationes depaſcebatur, & motione atque impulſu ſimulacrorum multas in terris præſtigias edebat, inviſibili ac potente dextra, velut immanes belluas ab hominum grege fugavit? Quis alius quàm Servator noſter, per invocationem

A χολή. ἅτε δὴ καὶ τὰς ἀμφὶ τοῦ σωτῆρος λόγους ὧδέ πη βοώσας. κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. καὶ αὖθις, ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης. καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας εἰς δρέπανα. καὶ οὐ μὴ λήψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. ταῦτα προὐλέγετο, καὶ φωναῖς ἑβραίων ἐξ αἰῶνος μακροῦ προεκηρύττετο. ταῦτα τοῖς ἔργοις καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς
B ὁρώμενα, τῶν παλαιῶν φωνῶν πιστοῦται τὰς μαρτυρίας. σὺ δ' ἀλλ' εἰ ποθεῖς ἑτέρων ἀποδείξεων περιουσίας, μὴ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις ταύτας λάμβανε. διάνοιξον τῆς σαυτοῦ διανοίας τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τοῦ λογισμοῦ τὰς πύλας ἀναπέτασον. πολύ τε ἐπισχὼν παρ' ἑαυτῷ λογισάμενος, αὐτός τε σαυτὸν ἐρώτα, καὶ ὡς παρ' ἑτέρου πυνθάνου ὧδέ πη τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν διερευνώμενος· τίς πώποτε τῶν ἐξ αἰῶνος βασιλεὺς. ἢ ἄρχων. ἢ φιλόσοφος. ἢ νομοθέτης, ἢ προφήτης ἑλληνικὸς ἢ βάρβαρος, τοσαύτην ἀρετὴν ἀπηνέγκατο, ἔτι γε μετὰ θάνατον, ἀλλ' ἔτι ζῶν καὶ ἐμπνέων καὶ πολλὰ δυνάμενος, ὡς
C πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων, ἀκοάς τε καὶ γλώτταν ἐμπλῆσαι τῆς αὐτοῦ προσηγορίας; ἀλλὰ τοῦτό γε οὐδεὶς, ἢ μόνος εἷς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ μετὰ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην διεπράξατο, τοῖς αὐτοῦ γνωρίμοις λόγον εἰπὼν καὶ ἔργῳ τελέσας πορευθέντες τοίνυν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου φήσας αὐτοῖς, προεῖπέ τε καὶ ἀποφηνάμενος, ὡς ἄρα δεῖ τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ κηρυχθῆναι ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἅμα λόγῳ τὸ ἔργον
D ἐπήγαγεν· αὐτίκα δ' οὖν καὶ οὐκ εἰς μακρὸν ἡ σύμπασα οἰκουμένη τῶν αὐτοῦ λόγων ἐπληροῦτο. τί οὖν ἔχοι ἂν πρὸς τοῦτο εἰπεῖν ὁ κατ' ἀρχὰς τῷ λόγῳ ἡμῖν ἐπιμεμψάμενος, ὁπότε παντὸς λόγου κρείττων, ἡ διὰ τῆς ὄψεως τυγχάνει μαρτυρία. τίς ἢ ἐξ αἰῶνος τὸ βλαπτικὸν καὶ ὀλέθριον δαιμόνων φῦλον, τὸ πάλαι πᾶσαν ἀνθρώπων φύσιν ἐπινεμόμενον, καὶ διὰ τῆς τῶν ξοάνων κινήσεως πολλὰς ἐν ἀνθρώποις γοητείας ἐπιδεικνύμενον, ἀοράτῳ καὶ κραταιᾷ χειρὶ οἷα θῆρας δεινοὺς, τῆς ἀνθρώπων ἀπεδίωξεν ἀγέλης; τίς δ' ἕτερος ὡς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἐπικλήσεως

A καθαρωτάταις εὐχαῖς ταῖς δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀναπεμπομέναις, τὰ λείψανα τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἐξ ἀνθρώπων ἀπελαύνειν ἐπεξουσίας ἔδωκε, τοῖς καθαρῶς καὶ ἀπλάστως μετερχομένοις τὸν βίον, τῆς ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείσης φιλοσοφίας. ἀναίμους δὲ καὶ λογικὰς θυσίας τὰς δι' εὐχῶν καὶ ἀπορρήτου θεολογίας τοῖς αὐτοῦ θιασώταις, τίς ἐπιτελεῖν παρέδωκεν ἄλλος, ἢ μόνος ὁ ἡμέτερος Σωτήρ; διὸ ἐπὶ τῆς καθ' ὅλης ἀνθρώπων οἰκουμένης, θυσιαστήρια συνέστη, ἐκκλησιῶν τε ἀφιερώματα. νοερῶν τε καὶ λογικῶν θυσιῶν ἱεροπρεπεῖς λειτουργίαι, μόνῳ τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ πρὸς ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἀναπεμπόμεναι. τὰς δὲ δι' αἱμάτων καὶ λύθρων, καπνοῦ τε προσεπιτελουμένας θυσίας. τάς τε ὠμὰς ἐκείνας καὶ μανιώδεις ἀνδροκτασίας τε καὶ ἀνθρωποθυσίας, τίς ἀφανεῖ τε καὶ ἀοράτῳ δυνάμει, σβεσθῆναι καὶ μηκέτι ὑπάρχειν παρεσκεύασεν; ὡς μαρτυρεῖσθαι πρὸς αὐτῆς γε τῆς ἑλλήνων ἱστορίας. ἐπειδὴ οὐ πρότερον, ἀλλ' ἢ μετὰ τὴν ἔνθεον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίαν, κατὰ τοὺς ἀδριανοῦ χρόνους, πᾶσαι αἱ πανταχοῦ γῆς κατελύθησαν ἀνθρωποθυσίαι. τοσούτων ἐναργῶν ἀποδείξεων, τὴν μετὰ τὸν θάνατον ἀρετήν τε καὶ δύναμιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πιστουμένων, τίς οὕτω σιδήρεος τὴν ψυχὴν, ὡς μὴ συμμαρτυρεῖν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ ζωὴν ὁμολογεῖν; ζώντων γὰρ, ἀλλ' οὐ νεκρῶν τὰ κατορθώματα. ὄψεις τε ἀδήλων φασὶν εἶναι τὰ φαινόμενα. αὐτίκα γοῦν χθὲς καὶ πρῴην θεομάχων γένος, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἐκύκα, ἦγέ τε καὶ ἀπῆγε, καὶ πολλὰ ἴσχυεν. ἐπεὶ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀπηλλάγη, κεῖται δὴ μετὰ ταῦτα ἐπὶ γῆς, σκυβάλων ἐκβλητότερον. ἄπνουν. ἀκίνητον. ἄναυδον. καὶ οὐκ ἔτ' αὐτῶν λόγος οὐδείς, οὐ μνήμη. φύσις γὰρ αὕτη νεκρῶν καὶ ὁ μηκέτ' ὤν, οὐδείς ἐστιν. ὁ δὲ μηδεὶς ὢν πράξειε τι; ὁ δ' ἐνεργῶν καὶ πράττων, καὶ πλείονα τῶν ζώντων δυνάμενος, πῶς ἂν ὑποληφθείη μὴ ὤν· εἰ δ' ἀφανὴς εἴη σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐν αἰσθήσει τὸ κριτήριον. οὐδὲ τεχνικοὺς λόγους, οὐδ' ἐπιστημονικὰς θεωρίας, αἰσθήσει σωμάτων καταμανθάνομεν. οὐδὲ νοῦν τὸν ἐν ἀνθρώποις, μή τί γε θεοῦ δύναμιν οὐδέ τις πώποτε ὀφθαλμοῖς. ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων τὰ τοιάδε πέφυ-

nominis ſui, & puriſſimas preces ipſius nomine Deo Optimo Maximo oblatas, nequiſſimorum ſpirituum reliquias ex hominibus abigendi poteſtatem dedit iis, qui traditam ab ipſo vivendi normam ac diſciplinam caſtè & ſincerè ſequerentur. Jam verò incruenta & rationalia ſacrificia, quæ precibus & arcanâ quâdam Dei appellatione perficiuntur, quis unquam alius ſectatores ſuos offerre docuit, quàm Servator noſter ſolus? Quam ob cauſam per univerſum orbem terrarum conſtituta nunc B ſunt altaria, & Eccleſiæ conſecratæ; & ſacroſancta miniſteria intellectualium ac rationalium ſacrificiorum ſoli omnium moderatori Deo ab omnibus gentibus offeruntur. Sacrificia autem illa ſanguine, cruore ac fumo peragi ſolita; crudeles item illas & furioſas hominum cædes ac victimas, quis occultâ quâdam & inviſibili potentia aboleri ac prorſus extingui fecit; adeo ut hoc ipſũ etiam Gentilium teſtentur hiſtoriæ? Neq; enim niſi poſt divinam Servatoris noſtri prædicationem, circa tempora Imperatoris Hadriani, omnis ubiq; hu- C manarum victimarum immolatio ſublata eſt. Cùm ergo Servatoris noſtri poſt mortem virtus atq; potentia, tot tamq; evidentibus argumentis comprobetur, quis eſt adeo ferrens animo, ut veritati teſtimonium perhibere cum ceteris nolit, & vitam illius divinam confiteri? Nam preclara facinora, viventium ſunt non mortuorum; & ea quæ cernimus, occultarum rerum notitiam nobis ſubminiſtrant. Nuper quidem ac nudius-tertius, impiorum hominum contra Deum pugnantium natio univerſam mortalium vitam conturbabat, & potentia ac viribus pollens ſurſ; deq; omnia ferebat. D Sed poſteaquàm è medio ſublata eſt, jacuit deinceps ſtercoribus contemptior: ſine ſpiritu, ſine motu & ſine voce. Nec jam eorum habetur ratio, nec ulla ſit mentio. Quippe ea mortuorum ſors eſt; & is qui amplius non eſt, nihil eſt. Qui autem nihil eſt, quid tandem agere poteſt? Contrà is qui agit & operatur, quique plus valet quàm ii ipſi quibus vita ſuppetit, qua ratione exiſtimabitur nõ eſſe? quòd ſi corporis oculis non cernitur, at judicandi facultas non conſiſtit in ſeſu: nec artium rationes aut ſpeculationes ſcientiarum, ſenſib⁹ corporis percipimus: nec mentem quæ in hominib⁹ eſt, nedum Dei virtutem ullus unquam oculis vidit: verùm ejuſmodi res ex

ipſis operibus cognoſci ſolent. Quocirca etiam in Servatore noſtro, inviſibilis ejus vis ac poteſtas ex operibus perſpicićda ac dijudicanda eſt: utrùm ſcilicet tot illuſtria facinora quæ ab illo etiamnum geruntur, viventis eſſe omninò confitendum ſit; an dicendum, ejus qui non ſit ea eſſe; an ſtulta omninò nec ulla ex parte cohærens hæc quæſtio. Eum enim qui non eſt, qua ratione aliquis eſſe dixerit? Siquidem omnium conſenſu & ſuffragiis conſtat, id quod non eſt, nec poſſe quicquam, nec agere, nec operari. Hæc quippe viventium natura eſt: mortuorum verò contraria.

CAPUT XVII.

Opportunum nunc tempus eſt, ut ea quæ à Servatore noſtro hac ætate perfecta ſunt, inſpiciamus: & Dei viventis opera ſpirantia contemplemur. Quomodo enim tam præclara facinora, non eſſent viventis, ejúſque adeò qui Dei vitam vivat opera ſpirantia. Quænam verò illa ſunt inquies? audi ſi placet. Nuper quidam qui Deo bellum indixerant, oratoria ejus cum ingenti pertinacia, nec minori cum militum robore, ab ipſis fundamentis everterunt; & Eccleſias illius penitus abolere ſtuduerunt; omnibus machinis Deum inviſibilem oppugnantes, & impiarum vocum tela in eum conjicientes. Sed inviſibilis Deus, inviſibili eos ultus eſt modo. Statim igitur illi ſolo Dei nutu è medio ſublati, qui prius in deliciis vitam agebant; qui beatiſſimi; qui quaſi Dii ab omnibus prædicabantur; qui multis annorum ſpatiis Imperium præclarè ac feliciter geſſerant, quandiu pacem & amicitiam coluerant cum illo quem poſtea oppugnaverunt. Verùm ubi mutatâ ſententiâ Deo bellum inferre auſi ſunt, Diis ſuis tanquam anteſignanis & propugnatoribus in acie adverſus Deum noſtrum oppoſitis; illicò momento temporis, & Dei quem oppugnabant nutu ac potentia, cuncti ſcelerum ſuorum pœnas dederunt: adeò ut terga dantes cedentéſque ei cui bellum intulerant, divinitatem ipſius ſicut reliqui confiterentur; & planè contraria iis quæ paulò ante tentaverant concedere ac permittere maturarent. Continuò igitur Servator noſter victoriæ tropæa ubiq; terrarum erexit, templiſq; ſanctiſſimis & oratoriis conſecratis univerſum orbem de integro exornavit; & in urbibus ac pagis, in agris ac deſertis Barbarorum locis, fana ac delubra in honorem unius omnium Regis ac Domini dedicavit. Unde etiam Domini voca-

A κεν ἐπινοεῖσθαι· διὸ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος, τὴν ἀφανῆ δύναμιν αὐτοῦ, προσήκει ἐκ τῶν ἔργων ἐπισκοπεῖν καὶ διακρίνειν. εἴτε χρὴ ζῶντος ὁμολογεῖν τὰ εἰς ἔτι δεῦρο πρὸς αὐτοῦ κατορθούμενα. εἴτε καὶ μὴ ὄντος εἶναι λέγειν· ἢ μωρὸν καὶ ἀσύστατον τὸ ἐρώτημα. τὸν γὰρ μὴ ὄντα, πῶς ἄν τις εὐλόγως εἶναι εἴποι; εἴγε τὸ μὴ ὂν πάσαις ψήφοις ἀποπέφανται, οὐδὲ δύνασθαί τι, οὐδ' ἐνεργεῖν, οὐδὲ πράττειν· αὕτη γὰρ φύσις νεκρῶν. ζώντων δ' ἡ ἐναντία. Ἔνθα δὴ καιρὸς ἐπιθεωρῆσαι τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος τὰ καθ' ἡμᾶς ἀποτελέσματα, καὶ ζῶντος

B Θεοῦ ἔργα ζῶντα συνιδεῖν· εἰ γὰρ οὐ ζῶντος, καὶ Θεοῦ ζωὴν ὡς ἀληθῶς ζῶντος ἔργα ζῶντα τυγχάνει τὰ τοιάδε κατορθώματα, τίνα δὴ ταῦτα ἐρωτᾷς, μάνθανε. θεομάχοι τινὲς πρῴην, τῶν αὐτοῦ προσευκτηρίων τὰς οἰκοδομὰς, σὺν πλείονι φιλονεικίᾳ, καὶ σὺν μείζονι δυνάμει τε καὶ χειρὶ ἐκ βάθρων ἀνερύττοντες καθῄρουν, ἀφανεῖς τε αὐτοῦ καθίστων τὰς ἐκκλησίας. πάσαις τε μηχαναῖς τὸν μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρώμενον ἐπολέμουν, βάλλοντες καὶ ἀκοντίζοντες μυρίαις λόγων βολαῖς·

C ὁ δ' ἀφανὴς, ἀφανῶς ἠμύνατο. εὐθ' οἱ μὲν οὐκέτ' ἦσαν ἑνὶ Θεοῦ νεύματι, οἱ πρὸ μικροῦ τρυφηλοὶ καὶ τρισευδαίμονες. οἵτινες ἰσόθεοι παρὰ τοῖς πᾶσιν ἦσαν ὑμνούμενοι. οἱ μακραῖς ἐτῶν περιόδοις διαπρεπῶς τὴν ἀρχὴν εὐθύναντες, ὅτε δῆτα πρὸς τὸν ὕστερον πολεμούμενον, τὰ φίλα τε ἦν αὐτοῖς καὶ εἰρηναῖα· ὡς δὲ μεταβαλλόμενοι θεομαχεῖν ἐτόλμων, τοὺς αὐτῶν θεοὺς προμάχους καὶ προασπιστὰς ἀντιπαρατάττοντες τῷ ἡμετέρῳ, αὐτίκα μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, καὶ Θεοῦ νεύματι καὶ δυνάμει τοῦ πολε-

D μουμένου, δίκας ὑπεῖχον οἱ πάντες τῶν τετολμημένων· ὡς παραχωρεῖν τῷ πολεμουμένῳ καὶ νῶτα διδόντες αὐτῷ, τῇ θεότητι συνομολογεῖν. συγχωρεῖν τε καὶ ἐπιτρέπειν τἀναντία τοῖς πρὶν τετολμημένοις, ὁλοσχερῶς ἔσπευδον· ὁ δ' τρόπαια νικητήρια παραχρῆμα πανταχοῦ γῆς ἀνίστη. ναοῖς τε ἁγίοις καὶ προσευκτηρίοις σεμνοῖς ἀφιερώμασι, τὴν σύμπασαν οἰκουμένην αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς κοσμήσας. κατὰ πόλεις δὲ καὶ κώμας, χώρας τε πάσας καὶ τὰς τῶν Βαρβάρων ἐρήμους, ἱερὰ καὶ τεμένη ἑνὶ τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ τῷ δὴ καὶ τῶν ὅλων δεσπότῃ καθι-

ἐγείρεσθαι· ἔνθεν καὶ τῆς τοῦ δεσπότου προσηγορίας ἠ-
ξίωται, τὰ καθιερωμένα. οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τυ-
χόντα τῆς ἐπικλήσεως, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὅλων
κυρίου. παρὸ καὶ κυριακῶν ἠξίωνται τῶν ἐπωνυ-
μιῶν. παρελθὼν οὖν εἰς μέσον ὁ βουλόμενος
διδασκέτω, τίς μετὰ τὴν τοσαύτην καθαίρεσίν
τε καὶ ἐρημίαν, ἱδρύματα ἐξ ἐδάφους εἰς ὕψος
ἀνήγειρεν, τίς τὰ πάσης ἐλπίδος ἀφῃρημένα,
δευτέρας ἠξίωσε πολὺ κρείττονος τῆς ἔμπροσθεν
ἀνανεώσεως. καὶ ἀνενεώσατο αὐτὰ δή, τὸ τοῦ λό-
γου μέγιστον θαῦμα, οὐ μετὰ τὴν θεομάχον ἐκεί-
νων τελευτήν, ἀλλ' ἔτι τῷ βίῳ προϊόντων, αὐτῶν
δὴ τῶν καθῃρηκότων. ὡς δι' αὐτῶν στόματος καὶ
δι' αὐτῶν γραφῆς τὴν παλινῳδίαν τῶν τετολ-
μημένων αὐτοῖς ᾆσθαι. καὶ τοῦτο πρᾶξαι αὐ-
τοὺς, οὐκ ἐν θυμηδίαις ὄντας, φιλανθρωπίας λο-
γισμῷ τάχα ἄν τις νομήσειε. θεηλάτοις δὲ μά-
στιξιν ἐλαυνομένους. τίς μετὰ τοσούσδε τοῦ διωγ-
μοῦ χειμῶνας, καὶ ἐν αὐτῇ γε τῇ τῶν δεινῶν ἀκ-
μῇ, φιλοσόφου βίου ζηλωτὰς καὶ θεραπευτὰς τοῦ
θεοῦ μυρίους ἄνδρας, γυναικῶν τε ἱερείας καὶ
χοροὺς ἀειπαρθένων ἁγνείᾳ παντελεῖ τὸν πάν-
τα τῆς ζωῆς χρόνον αὐτῶν ἀναθείσας, τοῖς τῆς ἐν-
θέου διδασκαλίας αὐτοῦ μαθήμασι, καθ' ὅλης
συνίστη τῆς οἰκουμένης· τροφῶν δ' ἀποχαῖς, ἀ-
σιτίαις τε καὶ ἀοινίαις πολυημέροις προθυ-
μότατα διακαρτερεῖν, ἐγκρατείᾳ τε καὶ ῥω-
μαλέου βίου στερροῦ χρῆσθαι, ἐδίδαξε; μετὰ σωφροσύ-
νης τίς γύναια καὶ μυρία πλήθη ἀνδρῶν ἀνα-
πέπεικε, λογικὰς τροφὰς ψυχαῖς λογικαῖς
καταλλήλους, δι' ἐνθέων ἀναγνωσμάτων ἀντι-
καταλλάξασθαι τῶν τοῦ σώματος τροφῶν; τίς
βαρβάρους καὶ ἀγροίκους ἄνδρας, γύναιά τε καὶ
παῖδας καὶ οἰκετῶν γένη, πλήθη τε μυρία μυ-
ρίων ἐθνῶν, θανάτου μὲν καταφρονεῖν ἐδίδα-
ξεν. ἀθάνατον δὲ πεπεῖσθαι εἶναι τὴν αὐτῶν ψυ-
χήν, καὶ δίκην ὀφθαλμῶν ὑπάρχειν ἔφορον τῶν
ἀνθρωπίνων πραγμάτων. εὐσεβῶν τε καὶ ἀσε-
βῶν δικαιωτήρια Θεοῦ προσδοκᾶν. καὶ τούτων
ἕνεκα δικαίως καὶ σωφρόνως ζῆν ἐπιμελεῖσθαι.
μὴ γὰρ οὕτω διατεθέντας, ἀδύνατον ἄλλως
εἶναι τὸν τῆς εὐσεβείας ὑποδῦναι ζυγόν· ἃ δὴ
μόνῳ τῷ ἡμετέρῳ Σωτῆρι, εἰσέτι καὶ νῦν κατορ-
θοῦται· ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρῶμεν. φέρε δὴ
ἄλλως τὸν τὴν διάνοιαν λελιθωμένον καὶ ἐκ τῶν
τοιῶνδε προσαγάγωμεν ἐρωτήσεων, ὧδέ πη αὐτοῦ
πυνθανόμενοι· ἄγε δὴ οὗτος φωνὴν λογικὴν ἀφεὶς

A bulo honorata ſunt; non ab hominibus,
ſed ab ipſo omnium Domino cogno-
mentum ſortita. Ab eo quippe Domi-
nica appellantur. Prodeat igitur in me-
dium qui volet, doceátque nos quis poſt
tantam ſubverſionem ac vaſtitatem ſa-
cras ædes à fundamentis uſque ad ſum-
mum culmen evexerit: quis ea de qui-
bus nulla jam ſpes ſupererat, multò
quàm antea fuiſſent illuſtriora renova-
verit: & quod maximè mirandum eſt,
nō poſt mortem illorum Dei hoſtium ea
renovaverit, ſed ſuperſtitibus adhuc iis
ipſis qui illa ſubverterant: adeò ut ipſi-
met ore ſuo ſuiſque literis palinodiam
B canerent: idque agerent, non eo tem-
pore quo in ſumma lætitia ac voluptate
degebant (ſic enim humanitate ducti id
egiſſe, cuipiam fortaſſe viderentur) ſed
tum maximè cùm verberibus cælitus
inflictis agitabantur. Quis poſt tot ac
tantas perſecutionis procellas, & in
ipſo diſcriminum fervore, innumera-
biles veræ Philoſophiæ ſectatores Dei-
que cultores viros, ſacras etiam mulie-
res & virginum choros quæ perpetuæ
animi & corporis caſtitati ſeſe addixe-
rant, divinæ doctrinæ ſuæ præceptis at-
que inſtitutis per univerſum orbem
continuerit: cibóque & vino ad mul-
C tos dies libentiſſimè abſtinere, & du-
ram ac ſeveram vitam agere cum ſingu-
lari modeſtia ac temperantia docuerit?
Quis immenſam virorum ac mulierum
multitudinem eò impulerit, ut ſpre-
tis corporum alimentis, rationalem
potiùs cibum divinarum lectionum,
qui animis ratione præditis aptiſſimus
eſt, appeterent? Quis Barbaros &
ruſticos homines, mulierculas item
& pueros ac ſervos; infinitam deni-
que omnium gentium multitudinem
docuerit, ut mortem contemnerent,
ſibique ipſis perſuaderent animam
ſuam eſſe immortalem, & juſtitiæ o-
D culum quendam eſſe qui res humanas
inſpiciat; utque futurum Dei judi-
cium de piis ac de impiis hominibus
exſpectarent; atque idcircò vitam ju-
ſtè ſanctéque traducere ſtuderent?
Nam qui aliter animo affecti ſint, eos
pietatis jugum ſubire nullo modo poſ-
ſe. Quæ quidem omnia ſolus Servator
noſter etiamnum egregiè præſtat.
Verùm hæc miſſa faciamus. Nunc
verò eum cujus animus inſtar ſilicis
obduruit, hujuſmodi interrogationi-
bus convincere aggrediamur. Dic mi-
hi heus tu, & tandem aliquando vocem

rationalē ede; non ex bruto pectore ſed A ex anima ratione & intellectu prædita fructum proferens. Dic, inquam, re apud te ipſum diu antè perpensâ. Quis ex omni ſapientum numero qui antea celebres exſtiterunt, Prophetarum oraculis perinde ac Servator noſter, apud Deo cariſſimam veterum Hebræorum gentem tot ante ſæculis cognitus eſt & prædicatus? Qui quidem & natale ipſius ſolum, & adventus tempora, & vivendi rationem; miracula item, ſermones & præclara facinora animo animo præcipientes, ſacris Voluminibus commendarunt. Aut quis ſcelera in ſe ad- B miſſa, tam preſenti ultione unquam vindicavit, ut poſt impium facinus quod in ipſum fuerat admiſſum, ſtatim omnis Judæorum natio occultâ quâdam vi exagitaretur, & regia ipſorū ſedes ab ipſis fundamentis everteretur; ipſumq; adeò templum cum omnibus ornamentis ac donariis ſolo æquatum diſturbaretur. Quis futura, tum de impiis illis hominibus, tum de Eccleſia ab ipſo per univerſum orbem conditâ cùm multo ante prædixiſſet, ſingulorum operibus congruentia vaticinans, prædictionum fidem rebus ipſis æque ac Servator noſter confirmavit? Ac de impiorum quidem C templo dixerat: Relinquitur vobis domus veſtra deſerta: & non manebit in loco lapis ſuper lapidem qui non diſturbetur. De Eccleſia autem ſua in hunc modum: ſuper petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ orci non prævalebunt adverſus eam. Jam verò imperitos homines & ruſticos atq; abjectos, à piſcatu primùm abduxiſſe; ac deinde legiſlatores Doctoreſque orbis terrarum conſtituiſſe, quale & quantum tibi videtur? Quòd verò pollicitus eſt illis, ſe facturum ipſos piſcatores hominum; nec id verbis ſolummodo dixit, ſed reipſa D cumulatè præſtitit; tantamque eis vim ac potentiam indidit, ut libros conſcriberent atque ederent; utque horum librorum tanta eſſet auctoritas, ut omnium tam Græcorum quàm Barbarorum linguis converſi, à cunctis ubique gentibus ſtudioſè ediſcerentur; & ea quæ in illis continentur, divina eſſe crederentur oracula, quantum id valet ad divinitatem ejus perſpicuè declarandam? Quale illud eſt, quòd ipſe futura prædixit; & Diſcipulis ſuis multò ante conteſtatus eſt, ipſos Regum ac Principum conſpectui exhibendos eſſe, & pœnis extremiſque ſuppliciis afficiendos;

μὴ ἐξ ἠλιθίου καρδίας, ψυχῆς δὲ λογικῆς καὶ νοερᾶς καρπὸν προβαλλόμενος, λέγε δή, παρὰ σαυτῷ πολλάκις ἐπισκεψάμενος, τίς ἄλλος πώποτε τῶν ἐξ αἰῶνος βοηθέντων σοφῶν, ὁμοίως τῷ ἡμετέρῳ Σωτῆρι προφητικαῖς ἄνωθεν πρὸ μυρίων χρόνων φωναῖς, ἐγνώσθη τε καὶ προεκηρύχθη παρὰ τοῖς πάλαι θεοφιλέσιν Ἑβραίων παισίν· οἳ καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ τῆς γενέσεως, καὶ χρόνους τῆς ἀφίξεως, καὶ τρόπον τοῦ βίου, καὶ δυνάμεις καὶ λόγους τε κατορθώματα αὐτοῦ προλαβόντες, βίβλοις ἱεραῖς καταβεβλή- B κασιν. ἢ τίς αὐτοῦ ταχὺς ἔκδικος τῶν εἰς αὐτὸν τετολμημένων ἀποδέδεικται; ὡς ἅμα τῇ κατ' αὐτοῦ δυσσεβείᾳ, τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἀοράτῳ δυνάμει μετελθεῖν, ἄρδην τε τὸν βασιλικὸν αὐτῶν τόπον ἐκ βάθρων ἀρθῆναι, αὐτό τε τὸ ἱερὸν ἅμα τοῖς ἐν αὐτῷ σεμνοῖς, εἰς ἔδαφος κατενεχθῆναι. τίς δὲ προρρήσεις αὐτός τε τῶν περὶ τῶν ἀσεβῶν ἀνδρῶν, ἀμφί τε τῆς αὐτοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὑποστάσης ἐκκλησίας, καταλλήλους τοῖς πράγμασιν ἀποφθεγξάμενος, πιστὰς ἔδειξε ταύτας τοῖς ἔργοις, ὡς ὁ ἡμέτερος Σωτήρ. περὶ μὲν τοῦ τῶν ἀ- C σεβῶν ἱεροῦ φήσας, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος, καὶ οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ. περὶ δὲ τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. τὸ δὲ ἄνδρας εὐτελεῖς καὶ ἀγροίκους, ἐξ ἁλιείας μεταγαγεῖν τὴν ἀρχήν, καὶ τούς νομοθέτας καὶ νομοδιδασκάλους ἀποφῆναι τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, οἷόν σοι εἶναι δοκεῖ; τὸ δὲ ἐπαγγείλασθαι, καὶ λόγῳ μὲν εἰπεῖν, ἔργῳ δὲ ποιῆσαι αὐτοὺς ἁλιέας ἀνθρώπων. καὶ το- D σαύτην αὐτοῖς ἀρετήν τε καὶ δύναμιν παρασχεῖν, ὡς καὶ γραφὰς συντάξαι, καὶ βίβλους παραδοῦναι. καὶ πάντας εἰς τοσοῦτο κρατῦναι, ὡς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης παντοίᾳ γλώσσῃ Βαρβάρων τε καὶ Ἑλλήνων μεταβαλλομένας, παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι μελετᾶσθαι, καὶ πιστεύεσθαι θεῖα εἶναι λόγια τὰ ἐν αὐταῖς καταβεβλημένα, ὅσον εἰς ἀπόδειξιν ἐναργῆ τῆς αὐτοῦ θεότητος; οἷον καὶ τὸ αὐτὸν προφητεῦσαι τὸ μέλλον, καὶ τοῖς μαθηταῖς προμαρτυρήσασθαι, ὡς ἄρα ἐπὶ βασιλέων καὶ ἡγεμόνων μέλλοιεν ἄγεσθαι, τιμωρεῖσθαί τε καὶ τὰς ἐσχάτας ὑπομένειν

A κολάσεις, οὐ διά τινα πρᾶξιν ἄτοπον, διὰ μόνην δὲ τὴν εἰς τοῦτον ὁμολογίαν· τὸ δὲ καὶ προθύμως αὐτοὺς ταῦθ᾽ ὑπομεῖναι παρασκευάσαι, εὐσεβείας τε ὅπλοις οὕτω φράξαι, ὡς ἀδάμαντος τὰς ψυχὰς κραταιοτέρους ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἀντιπάλους ἀγῶσι διαφαίνεσθαι, ποῖον οὐκ ἂν ὑπερβάλοιτο λόγον; τὸ δὲ μὴ μόνον ἐκείνους τοὺς αὐτῷ παρηκολουθηκότας, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ τοὺς ἐκείνων διαδόχους. καὶ αὖθις τοὺς μετέπειτα γενομένους, καὶ τοὺς εἰς ἔτι δεῦρο καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς, οὕτω τῆς ψυχῆς νευρῶσαι τὰς δυνάμεις, ὡς μηδὲν ἄξιον θανάτου πράξαντας, παντοίας κολάσεις καὶ πᾶν εἶδος στρεβλωτηρίων μεθ᾽ ἡδονῆς ὑπομένειν, εὐσεβείας χάριν τῆς εἰς B τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ποῖον οὐκ ἂν ὑπερβάλοιτο θαῦμα; ἀλλὰ βασιλέων εἰς τοσοῦτον αἰῶνα, τίς πώποτε κρατῶν διετέλεσε; τίς δ᾽ οὕτως στρατηγεῖ μετὰ θάνατον καὶ τρόπαια κατ᾽ ἐχθρῶν ἵστησι, καὶ πάντα τόπον, καὶ χώραν καὶ πόλιν, ἑλλάδα τε καὶ βάρβαρον ὑποτάττει, ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ δεξιᾷ τοὺς ἀντιπάλους χειρούμενος· τό γε μὴν κεφάλαιον τῶν εἰρημένων, ἡ πανταχοῦ τῆς διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως πρυτανευθεῖσα εἰρήνη, περὶ ἧς τὰ εἰκότα προλαβόντες εἰρήκαμεν, C ποῖον οὐκ ἂν συκοφαντῶν ἀποφράξειε στόμα. οὕτω μὲν ἔργῳ συνδραμούσης τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίᾳ καὶ τῷ καταβληθέντι ὑπ᾽ αὐτοῦ τῷ παντὶ κόσμῳ κηρύγματι, τῆς τῶν ἐθνῶν πάντων ὁμονοίας τε καὶ συμφωνίας. οὕτω δὲ πρόπαλαι ὑπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ προφητῶν προαναπεφωνημένης τῆς κοσμικῆς τῶν ἐθνῶν εἰρήνης, τοῦ τε πρὸς αὐτοῦ καταβληθέντος τοῖς ἔθνεσι λόγου· ἐπιλείψει με βασιλεῦ τὸ πᾶν τῆς ἡμέρας μῆκος, τὰς ἐναργεῖς ἀποδείξεις τῆς ἐνθέου δυνάμεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, τὰς ἐκ τῶν εἰσέτι νῦν ὁρωμένων, ὑφ᾽ ἓν πειρώμενον συνιστᾶν· ὅτι μηδεὶς πώποτε τῶν ἐξ αἰῶνος, μήτε παρ᾽ Ἕλλησι μήτε παρὰ Βαρβάροις, τοσαύτην ἀρετῆς ἐνθέου δύναμιν ἐπιδέδειχται, ὅσην ὁ σωτὴρ ὁ ἡμέτερος· τί δὲ λέγω ἀνθρώπων. ὁπότε μηδ᾽ αὐτῶν τῶν παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι θεολογουμένων, τοιαύτη τις πέφυκεν ἐπὶ γῆς φύσις· ἢ, δεικνύτω ὁ βουλόμενος. παρίτω δὲ πᾶς φιλόσοφος καὶ ἡμῖν λεγέτω, τίς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἤκουσταί ποτε Θεὸς καὶ ἥρως, αἰωνίου ζωῆς οὐρανίου τε βασιλείας μαθήματα παραδεδωκὼς ἀνθρώποις, οἷα ὁ ἡμέτερος

A idque non ob facinus ullum, ſed ob ſolam nominis ipſius cõfeſſionem. Quòd verò eos ipſos alacri animo hæc perpeti fecit; & pietatis armis eos ita munivit, ut animos omni adamante firmiores in certaminibus contra adverſarios oſtenderent, quæ tanta vis eſt ut dicendo id adæquare poſſit? Quòd autem non ii modò qui ipſum ſectati fuerant, verùm etiam illorum ſucceſſores; ac deinde hi qui iſtos proximè inſecuti ſunt: tandemque illi qui noſtra ætate vixerunt, adeò vires obſirmarunt animorum, ut cùm nullius criminis rei eſſent, omnia tamen ſupplicio- B rum & tormentorum genera ob eximiam in ſummum omnium Deum pietatem læto animo perferrent, quam quæſo admirationem non longiſſimè ſuperat? Enimverò quis unquam Regum, in tot ætates ac ſæcula Imperium ſuum prorogavit? Quis poſt mortem ita bellum gerit: & tropæa de hoſtibus erigit: omnemque locum, regionem & civitatem tam Græcorum quàm Barbarorum, ſub ditionem redigit: adverſariis occulta quadam & inviſibili manu ſuperatis. Quódque omnium C caput eſt, pax illa quæ univerſo terrarum orbi per illius potentiam parta eſt, de qua quæ nobis videbantur jam ſuperiùs diſſeruimus, quibus tandem calumniatoribus os non obſtruat? Quippè cùm & reipſa in idem tempus cum prædicatione Servatoris noſtri cúmque doctrinâ ab eo in univerſum orbem diſperſâ, pax & concordia omnium gentium incurrerit: & multo antea à divinis Prophetis utraque prædicta fuerit: terrena ſcilicet gentium pax, & doctrina à Chriſto gentibus tradita. Dies me deficiet, Imperator, ſi manifeſtiſſima divinæ Servatoris noſtri potentiæ argumenta ex iis quas nunc cernimus rebus D deprompta, in unum velim colligere. Siquidem nullus unquam ab omni ævo nec apud Græcos nec apud Barbaros, tantam divinæ potentiæ vim, quantam Servator noſter oſtendit. Et quid homines dico? quando ne ipſi quidem quos univerſæ gentes appellant Deos, talem in terris vim ac potentiam exhibuerunt. Aut ſi aliter ſe res habet, oſtendat nobis qui voluerit. Prodeant verò nunc Philoſophi, nobiſque dicant, quis ab omni ſæculorum memoria ſive Deus ſive Heros unquam auditus eſt, æternæ vitæ & cæleſtis regni doctrinam hominibus tradidiſſe: ſicut à Servatore

noſtro factum eſt, qui innumerabiles A homines ad vitam ex cæleſtis Philoſophiæ præceptis inſtituendam, ubique terrarum incitavit; eiſque perſuaſit, ut ad cælum adſpirarent, & ſedes quæ Deo acceptis mentibus illic præparatæ ſunt, ſibi ſperarent. Quis unquam ſive Deus, ſive heros, ſive homo, univerſum terrarum orbem ab oriente uſque ad occidentem Solem, ſplendidiſſimis doctrinæ ſuæ radiis perfudit atque illuſtravit; paria fere cum Sole ſpatia decurrens; adeo ut omnes ubique gentes, uni Deo unum eundémque cultum exhibeant. Quis unquam ſive Deus ſive heros, o- B mnibus tam Græcorum quàm Barbarorum Diis & heroïbus ſub jugum miſſis, lege latâ interdixit ne quis illorum Deus haberetur; utque lata lex ubique valeret obtinuit; ac deinde cùm ab omnibus oppugnaretur, unus ipſe omnes adverſariorum copias profligavit, eóſque qui ab omni ævo Dii & heroës habebantur devicit; utq; per univerſum terrarum orbem, ab ultimis uſq; finibus ſolus ipſe Dei Filius à cunctis omnium gentium hominibus appellaretur, effecit. Quis univerſis qui vaſtiſſimum hunc terrarum orbem incolunt, ſive illi in C continente, ſive in inſulis degant, præcepit, ut ſingulis ſeptimanis in unum convenientes, Dominicum diem feſtum agerent; nec corpora ſua ſaginarent, ſed animos divinis præceptionibus refocillarent. Quis Deus aut heros, æquè ac Servator noſter oppugnatus, tropæa victoriæ de hoſtibus erexit? Nam hi quidem à primis ſtatim temporibus, & doctrinam & populum ipſius oppugnare hactenus non deſtiterunt. Ipſe verò inviſibilis, inviſibili quadam virtute, famulos ſuos unà cum ædibus ſacris ad ſummam gloriam evexit. Sed quid opus eſt divinas Servatoris noſtri virtutes quæ omnem dicendi vim ſuperant, ambitioſè congerere? quando et- D iam tacentibus nobis, ipſæ res ſatis loquuntur iis, qui aures mentis habuerint. Hoc certè novum atque inauditum, ſemel duntaxat in terris eſt viſum, ut is qui ſolus ab omni æternitate erat Dei Filius, in terris cerneretur, & tot tantáque bona hominibus apportaret.

Caput XVIII. Verùm hæc quæ à me dicuntur, tibi fortaſſe ſuperflua fuerint Imperator; qui Servatoris noſtri divinitatem ſæpenumero præſentem expertus, non tam verbis quàm factis, veritatis præco cunctis hominibus exſtitiſti. Tu enim ipſe cùm tibi otium fuerit, narrare nobis

A σωτήρ· φιλοσόφοις δόγμασι μυρία πλήθη καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης συνασκεῖσθαι πείσας, οὐρανόν τε πείσας μεταδιώκειν, καὶ τὰς ἐν οὐρανῷ διατριβὰς θεοφιλέσι ψυχαῖς ἀποκειμένας ἐλπίζειν. τίς πώποτε Θεὸς ἢ καὶ ἥρως ἢ ἄνθρωπος, τὴν ἀφ᾽ ἡλίου ἀνίσχοντος μέχρι δυομένου, μονονουχὶ τὸν ἴσον ἡλίῳ διαπείσας δρόμον, ταῖς λαμπροτάταις τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας αὐγαῖς κατηύγασέ τε καὶ ἐφώτισεν. ὡς πανταχοῦ γῆς ἑνὶ Θεῷ πάντα ἔθνη μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιτελεῖν λατρείαν· τίς πώ- B ποτε θεὸς ἢ καὶ ἥρως, πάντας Θεούς τε καὶ ἥρωας Ἑλληνικούς τε καὶ βαρβάρους παραγκωνισάμενος, μηδένα μὲν ἐκείνων Θεὸν εἶναι νομίζειν ἐνομοθέτησεν. καὶ νομοθετήσας ἔπεισεν. ἔπειτα πολεμηθεὶς ὑπὸ πάντων εἷς ὢν αὐτὸς, τὸ πᾶν τῶν ἐναντίων στρατόπεδον καθεῖλε, τοὺς ἐξ αἰῶνος ἁπάντων θεῶν τε καὶ ἡρώων κρατή- ἀπὸ περάτων ἕως καθ᾽ ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, Θεοῦ παῖδα, μόνον αὐτὸν πρὸς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀναγορεύεσθαι παρασκευάσας· τίς τοῖς τὸ μέγα στοιχεῖον τῆς γῆς οἰκοῦ- C σι, τοῖς τε κατὰ γῆν καὶ τοῖς κατὰ θάλατταν. ἐφ᾽ ἑκάστης ἑβδομάδος τὴν κυριακὴν χρηματίζουσαν ἡμέραν, ἑορτὴν ἄγειν ἐπὶ ταυτὸ συνιόντας παραδέδωκε. καὶ οὐ τὰ σώματα πιαίνοντας, τὰς δὲ ψυχὰς ἐνθέοις παιδεύμασιν ἀναζωπυρεῖν παρεσκεύασε· τίς θεὸς ἢ καὶ ἥρως οὕτω πολεμηθεὶς, ὡς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ, τρόπαια νικητήρια κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἤγειρεν; οἱ μὲν γὰρ διέλιπον ἐξ ἀρχῆς καὶ εἰς τέλος, αὐτοῦ τὰ μαθήματά τε καὶ τὸν λαὸν πολιορκοῦντες. ὁ δ᾽ ἀφανὴς ἀφανῶς τοὺς οἰκείους, αὐτοῖς ἱεροῖς οἴκοις ἐπὶ μέγα δόξης προῆγε. καὶ τί δεῖ λόγοις τὰς πάντας λόγους κρείττονας ἐνθέους δυνάμεις τοῦ σωτῆ- D ρος ἡμῶν φιλοτιμεῖσθαι συνάγειν. ὅτε καὶ σιωπώντων ἡμῶν, αὐτὰ βοῶσι τοῖς ὦτα ψυχῆς κεκτημένοις τὰ πράγματα· τοῦτο ξένον ἀληθῶς καὶ παράδοξον καὶ ἓν μόνον ἐπὶ τῶν βροτῶν ἀθρόως γένους. τοῖς ἀνθρώποις ἐνδημοχέναι τὰ τοιαῦτα, καὶ τὸν ἀληθῶς παῖδα θεοῦ μόνον, ἐξ αἰῶνος ἐπὶ γῆς ὦφθαι. περιττὰ δ᾽ ἂν καὶ ἄλλως εἴη τὰ παρ᾽ ἡμῶν σοι ἀκουόμενα. ὃς αὐτῇ τῇ πείρᾳ τῆς σωτηρίου θεότητος συναίσθησιν πολλάκις εἰληφὼς, οὐ λόγοις, ἀλλ᾽ ἔργοις αὐτοῖς, κῆρυξ ἁπάντων τῆς ἀληθείας καθέστηκας. σὺ γὰρ ἡμῖν αὐτὸς, βασιλεῦ, σχολῆς δοθείσης, εἴποις ἂν βουλη-

μένῳ

A μυρίας τοῦ σοῦ Σωτῆρος θεοφανείας. μυρίας καθ' ὕπνους παρουσίας. οὐ τὰς ἀπορρήτους ἡμῖν ὑποβολὰς αὐτοῦ φημί. τὰς δ' ἐν αὐτῷ λογισμῷ καταβαλλομένας, καὶ περὶ τῆς τῶν ὅλων προνοίας τὰ κοινωφελῆ καὶ τὰ πάντη χρήσιμα παρατιθεμένας ἐπαξίως δ' ἂν ἡμῖν τοῦ σοῦ προασπιστοῦ γε καὶ φύλακος Θεοῦ, διελεύσῃ τὰς ἐναργεῖς ἐν πολέμοις ἐπικουρίας. τὰς ἐχθρῶν καὶ ἐπιβούλων φθοράς. τὰς ἐν κινδύνοις δεξιώσεις. τὰς ἐν ἀπορίαις εὐπορίας. τὰς ἐν ἐρημίαις ἀντιλήψεις. τὰς ἐν ἀμηχάνοις εὑρέσεις. τὰς τῶν μελλόντων προγνώσεις. τὰς περὶ τῶν

B καθόλου προμηθείας. τὰς περὶ τῶν ἀδήλων σκέψεις· τὰς περὶ τῶν μεγάλων ἐπιχειρήσεις· τὰς πολιτικὰς οἰκονομίας· τὰς τῶν στρατοπέδων διοικήσεις· τὰς καθ' ἕκαστον διορθώσεις· τὰς περὶ τῶν κοινῶν διατάξεις· τὰς βιωφελεῖς νομοθεσίας· καταριθμήσαις δ' ἂν ἀπαραλείπτως ἕκαστα, τῶν ἡμᾶς μὲν λανθανόντων, σοὶ δ' αὐτῷ μόνῳ γνωριζομένων, καὶ ταῖς σαῖς βασιλικαῖς μνήμαις, οἷα θησαυροῖς ἐν ἀπορρήτοις, τεταμιευμένων· ὧν δὴ χάριν ἁπάντων, εἰκότως αὐτοῖς δὴ τούτοις λαμπροῖς τεκμηρίοις τῆς σωτηρίου δυ-

C νάμεως χρησάμενος, οἶκον εὐκτήριον, τρόπαιον τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης αὐτοῦ, πᾶσιν ἀνθρώποις, πιστοῖς ἅμα καὶ ἀπίστοις ἀνέδειξας. νεών τε ἅγιον Θεοῦ, ζωῆς τε ἀθανάτου καὶ βασιλείας ἐνθέου, λαμπρὰ καὶ μεγάλα περικαλλῆ ἀφιερώματα, τὰ πρέποντά γε εὖ μάλα καὶ οἰκεῖα βασιλεῖ, νίκης τῆς τοῦ παμβασιλέως σωτῆρος ἀναθήματα. ἃ δὴ τῷ τῆς ἀθανάτου ζωῆς μαρτυρίῳ τε καὶ μνήματι περιβέβληκας. τὸν οὐράνιον τοῦ Θεοῦ λόγον, νικητὴν καὶ τροπαιοῦχον βασιλικοῖς χαρακτῆρσιν ἐκτυπούμενος.

D πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, λαμπραῖς καὶ ἀνεπισκιάστοις φωναῖς, ἔργῳ καὶ λόγῳ τὴν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον ὁμολογίαν προκηρύττων.

A poteris, ſi libet, innumerabiles Servatoris noſtri divinitatem ſuam tibi exhibentis apparitiones; innumerabiles in ſomnis viſiones: non dico arcana illa ab eo tibi ſuggeſta, quæ nobis occulta ſunt & inexplicabilia; ſed quæ in ipſa mente inſeruntur Dei ſuggeſtiones, & quæ fructuoſam cunctiſque in commune utilem de rerum humanarum providentia doctrinâ continent. Expones etiam nobis pro rei dignitate, manifeſta illa Dei propugnatoris & cuſtodis tui in bellis auxilia: hoſtium & inſidiatorum tuorum internecionem: in periculis allata ſubſidia, in rerum difficultatibus expeditam facilitatem: in ſolitudine defenſionem: in anguſtiis induſtriam

B ac dexteritatem: præſcientiam rerum futurarum, eorum quæ ad ſummam rerum pertinent providam diſpoſitionem: de incertis & obſcuris rebus deliberationes: maximarum rerum ſuſceptionem: adminiſtrationem rerum civilium; ordinationem militarium copiarum: rectam ubique emendationem: Conſtitutiones de jure publico: leges deniq; ad communem hominum vitam utiliſſimas. Recenſebis etiam accuratè & fideliter ſingula eorum, quæ nobis quidem obſcura, tibi autem uni notiſſima ſunt, & in regalis memoriæ

C tuæ ſinu, velut in arcano quodam theſauro recondita. Ob quæ omnia, ut veriſimile eſt, cùm iis ipſis divinæ Servatoris noſtri potentiæ argumentis uſus fuiſſes, Baſilicam, velut tropæum quoddam victoriæ ab illo de morte olim relatæ, cunctis non fidelibus modò, verùm etiam incredulis ſpectandam propoſuiſti; ſanctumque ſancti Dei templum, & immortalis vitæ regnique cæleſtis ſplendidiſſima ac pulcherrima monumenta; & Servatoris noſtri ſummi omnium Imperatoris victoriæ ſacra donaria, Imperatori victori aptiſſimè convenientia. Quibus tu illud immor-

D talis vitæ martyrium ac monumentum exornaſti: tum ut cæleſtem DEI ſermonem victorem ac triumphatorem regiis apicibus atque elementis exprimeres: tum ut apertis ac minimè obſcuris vocibus piam ac religioſam Dei confeſſionem cunctis gentibus palam re ac verbis prædicares.

FINIS.